e Marina

2008 Ministerio de Cultura

Observatorio de San Fernando
BIBLIOTECA
Núm
Secc
Carp
Estan
Tomo

Observatorio de Marina
BIBLIOTECA
Núm. 2848

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

# D. ALEXII PEDEMONTANI DE SECRETIS LIBRI SEX

mira quadam rerum varietate referti ex Italico in latinum ſermonem nunc primum tranſlati.

PER IOANNEM IACObum vveckerum, medicum.




OBSERV... MARINA ... RANDO

ANTVERPIAE,
In ædibus Ioannis Latij.
M. D. LX.

2008 Ministerio de Cultura

# REVERENDISSI-
# MO VIRO D. CASPARO

*Mullero ſancti Blaſij Abbati digniſsimo, domino ac patrono ſuo ſemper colendiſsimo Ioannes Iacobus Vveckerus medicus.*

S. P. D.

*QVod hos libros ex Italico in latinum ſermonem transtulerim reuerendiſſimè atque opt. pater, nulla alia ratione id factum eſſe ſcias, quàm quòd tum me ipſum in lingua Italica aliquo modo exercerem tum etiam quòd omni generi hominum hos libros vtiles fore intelligerem. Nam cum facilè ea in quibus nos non exercemus, in obliuionem veniant, ne id ipſum mihi eueniret, hos libros transferendos ſuſcipere volui. Quantum autem hi omnibus ſint vtiles, id cuiuis legenti perſpi-*



2008 Ministerio de Cultura

*cuũ eſſe poterit, ſiquidem nullũ ferè artis genus eſt, cui maximum adiumentum nõ afferant. Verùm cum in more & cõſuetudine poſitum ſit, vt qui opus aliquod editurus eſt, id ſub alicuius noĩe in lucem proferat: hanc laudabilẽ conſuetudinem ego quoque imitaturus, ſub tuo ſacrato nomine, hos de varijs & minimè vulgaribus rebus, expromere conſtitui, quòd literarum amatoribus ſemper faueas, al omnibusq́ue nõ ſolùm benignus atq; humaniſſimus planè, verùm etiam multis, & maximis virtutibus, qui bus cæteros omnes excellis, orna eſſe prædicaris. Quare colendiſſi præſul hos de ſecretis libros ſic re pito, vt non doni magnitudinẽ ver donantis animũ reſpicias. Cõtinent enim omnis generis res arcanas, atq; recõditas, easq́ue non minus varias, quàm veras, modò probè adminiſtrẽtur, parenturq́. Primus enim liber*

2008 Ministerio de Cultura

ber remedia quædã ad varios morbos, rara quidem ſed ratione inuenta continet, quæ tamẽ, vt abſque medicorũ conſilio adminiſtrẽtur, nõ conſulo, cum in morbis curandis nõ pauca ſint præcognoſcẽda. Quis enim morbũ aliquẽ rectè & probè curabit, parte affecta, morbi ſpecie, cauſaq́ incognita? meo quidẽ iudicio nullus, niſi fortè plebeius quiſpiã vel empiricus qui abſq; ratione medẽtes plurimos carnificũ more iugulant. Quapropter, cũ taliũ nullus, niſi medicus doctus, affectam partẽ morbi tam ſpeciem quàm cauſam aliaq́, ex quibus omnibus, tũ remediorũ modum, tũ vim intelligere licet, inuenire queat, nullo remedio temerè tibi vtendũ cenſeo, niſi prius cõſilio periti medici adhibito. Sed vt ad ſecundũ accedam librũ, qui nõ ſolũ modũ conficiendi olea, ex rebus odoratis, cõplectitur, ſed etiam aquarum, pulnerum odoratorum, & ſmegma-

2008 Ministerio de Cultura

gmatũ compoſitionem quæ nõ ſolùm ad plurima vtilia cenſentur, verum etiã ſcitu digna, pulcherrimaq́; ſunt. Tertius liber oĩs generis fructus condire docet, delicatè quidẽ & artificioſe, ita vt hũc condiẽdi modũ in hunc vſq; diem pleriſq; incognitũ videã. Quartus ea, quæ ad corporis ornatũ pertinẽt, Cypria planè arte tradit liber, qui lectu indignus fortè videri poßit, niſi hoc quoq; corporis venuſtãdi artificiũ, cum aliqua medicinæ parte, ſocietatẽ haberet atq; à nobilioribus fœminis expeteretur id quod etiã Galen. primo de cõpoſitione medicamentorũ ſecundũ locos, teſtatur. Scripſit Crito librũ de corporis ornatu: Itẽ Cleopatra duos, vnũ de corporis ornatu, alterũ de fœminarũ pulchritudine, quos oẽs idẽ Galenus eodẽ in loco citat. Sed quid opus tot exemplis eſt? cũ hos libros, nõ tanquã author in lucẽ proferã, ſed tanquã inter

pres,

2008 Ministerio de Cultura

*pres, cuius eſt muneris quæ in autho re, quẽ vertendũ ſumpſit, inuenerit, ea bona fide religioſeq́ trãsferre. Verùm vt hæc ommittã, ad quintũ librũ venio, qui oſſa, ligna, ferrũ, pelles, aliaq́ huiuſmodi quolibet colore tingere docet, opificib. alijsq́ quã plurimis vtilis valde, quemadmodũ & ſextus varijs de rebus tractat, ad aurifices, aliosq́ opifices pertinẽtibus. Quamobrẽ Reuerendiſsimè pater, te rogo vt munuſculũ hoc qualecumq;, tanquã noſtræ induſtriæ primitias, ob tuas ſingulares virtutes, digneris accipere. Poſthac enim dabo operam, vt maiora digniora que à me habeas, quò meã erga te obſeruantiam, gratamq́ in omnes tuos voluntatẽ melius agnoſcas. Valeas, viuasq́ Domine & Patrone optime quàm diutiſsimè. Baſileæ Nonis Iulij.*

M. D. LIX.



2008 Ministerio de Cultura

# D. ALEXII PEDEMONTANI AD LECTOREM.

## PRAEFATIO.

*Non dubito, quin ij quibus iã per multos annos noti ſumus, etiã illud noſſe potuerint, me Dei volũtate nobili genere (vt cum ijs loquar, qui vulgari, ne dicam inani opinione perſuaſi nobilitatẽ magis in aliorũ meritis ponũt, quã proprijs & ſuis) procreatum eſſe, ac ſupra meritũ meum, fortunæ reliquis bonis, & commodis fuiſſe cumulatũ. Dicam etiã, nõ gloriãdi cauſa, ſed Dei dona prædicãdi, me à puero literis operã dediſſe, cognitionemq́ue linguarũ non ſolũ latinæ, græcæ & hebraicæ verũmetiã chaldeæ, arabicæ, aliarumq́ue gentiũ eſſe conſecutũ. Inprimis verò cũ philoſophiæ ſtudijs, arcaniſq; naturæ cogno-*

*ſcendis*

2008 Ministerio de Cultura

*ſcẽdis deditus eſſem, annos ſeptem & quinquaginta eſſe peregrinatũ vt eruditorũ hominum haberem notitiã. Itaque rerum multarũ, abditiſsimarumq́ue cognitionẽ mihi comparaui, quã quidẽ non ab eruditis ſolùm, verùm etiã à mulierculis, opificibus, agricolisq́; haurire non dubitaui. Ter enim in Orientẽ ſum profectus aliasq́ue mundi partes peragraui: in quo illud pro certo affirmare poſſum, me aliquo in loco vltra quinq; mẽſes nõ mãſiſſe. Hoc meũ ſtudiũ ac deſideriũ nõ modò vniuerſales diſciplinas, verùm etiam ſingularia arcana experimẽtaq́ue cognoſcendi, præter quàm quod, vt & in reliquis naturale erat (oẽs enim natura ſcire deſiderãt) ambitione quadã, gloriæq́ue cupiditate ſuſtẽtabar, maximeq́; auebã ea noſſe quæ alijs eſſent ignota. Quo factũ eſt, vt ne amiciſsimis quidẽ (adeo tenax erã arcanorũ) quæ mihi eſſent cõperta,*

2008 Ministerio de Cultura

ta, aperire vellẽ. Semꝑ enim dictitabã ſi arcana quæ ſunt, oĩb⁹ nota eſſet, arcana dici non poſſe, ſed peruulgata atq; cõmunia. Verùm enimuero, quũ iã annos LXXXII. menſesq́; ſeptẽ natus eſſem, verſarerq́; Mediolani, ibiq́; opifex quidã calculo ita affectus eſſet, vt duobus dieb. vrinã reddere nequiret, chirurgus quidã, qui eũ curabat ſciẽs me ad eũ morbũ certa habere remedia, rogauit, vt aliquod remediũ ei cõmunicarem, vel medicamentũ ipſi præberẽ, quo ægrũ eo morbo laborantẽ curare poſſet. Ego verò cũ hũc intelligerẽ, aliorũ inuẽtis velle ſibi cõmodũ, laudemq́; cõparare, quod petebat, facere renui, ſed ſi me ipſe ad ægrotũ duceret, remediũ ægroto, idq́; gratis, adhibiturũ. Medicus verò ſiue quòd puderet ab alijs ſuæ artis præſidiũ accipere (fortè enim ſe id arcani habere prædicauerat) ſiue quæſtus gratia, rẽ in alios duos dies ꝑduxit: poſt

2008 Ministerio de Cultura

*poſt quos tandē me ad ægrotũ perdu-
xit. Cũ autē eò perueniſſem, iā miſe-
aĩam agebat: qui cũ paulum ſublatis
oculis me eſſet miſerabiliter intuitus
vitā cũ morte cõmutauit. Qua de cau
ſa ita ꝑturbatus, tantaq́; miſeratiõe
affectus fui, vt mori & ipſe cuperē,
præſertim cũ viderim mea ambitiõe,
gloriaq́; inani effectũ eſſe, quo minus
bonꝰ ille vir meis remedijs ſubleuare
tur, quæ Deus & pater ille clemētiſſi
mus mecũ cõmunicauerat. Et quidē
tantũ in me animi mei dolor potuit,
vt iā in oculis hoĩm viuere nõ cupiue
rim ſed vitā ſolitariā agere. Verũ cũ
ita me cõparatũ eſſe ſcirē vt in cœno
bijs, inter monachos me fortiores, vi
uere nõ poſſem, locũ quendā, à ciuita
te remotũ mihi cõparaui, vbi & agel
lũ habeo ad vitandũ otiũ & aliquot
libros: ibiq́ vitā ago, meo iudicio mo
naſticam & religioſam, cum vnico
famulo, quo vtor, cum ad alia mihi
neceſſaria, tum ad victum non men-*



2008 Ministerio de Cultura

dicandum nobis, ſed pecunia cōparandum. Quoniā autē eius ægroti, cuius mortis propemodum autor fui, obliuiſci nō poſſum, nō ſolùm illud remediū, verùm etiam omnia in publicū edere volui, quæ paucos admodū habere certò ſcio. Verùm cū nō niſi vera, ac re ipſa mihi cōperta atque explorata, edere velim, hiſce diebus partim ex ſcriptis meis, partim ex memoria collegi ea tantū quæ veriſſima certiſſimaq́ eſſe cognoui. Quòd ſi qua (quæ tamē ſunt pauca) ex iam editis libris collecta videbūtur, non minus vtilia ideo cenſenda ſunt, propterea quod, quæ antea erāt dubia, nūc certa firmaq́ me authore habeātur. Nā pro certo affirmare poſſum, me ita affectū animo eſſe, vt nequaquam ſim pro certis & veris ea editurus, quæ vera ac certa eſſe nō ſcirē: neque hac præſertim ætate, hacq́ animi corporiſq́ mei affectione quicquā in vul-

gus

2008 Ministerio de Cultura

*gus proditur, quod æternæ mihi igno miniæ eſſet futurũ. Illud tantûm lectores monitos velim, vt magna cũ diligẽtia adminiſtrent oĩa, et quæ ad corpus humanũ pertinẽt, ea medicorũ conſilio, opeq́; aggrediãtur: quamuis minimè ignorem, quoſdã medicos inueniri, qui quadã ruſtica inuidia, atq; arrogãtia, quæ ipſi ignorant, ea ſoleãt vituperare. Quòd ſi cui ex ijs, quæ hîc ſcribimus, aliquid parũ feliciter ceſſerit, cogitet, quod fieri poteſt, ſe in aliqua parte aberraſſe, denuoq́; rem ipſam ac maiori diligẽtia faciat, certũ habẽs, nihil hoc in libro contineri, quod & certiſsimum non ſit, & veriſsimum. Deo igitur mecũ de his omnibus gratias agẽtes, præter hæc, alia etiam omnia à me, Deo fauente, expectabitis, quæ tot annis, tot laboribus, itineribus, ſumptibus, ſtudio & induſtria conquiſiui.*

2008 Ministerio de Cultura

# D. ALEXII PEDEMONTANI DE SECRETIS LIBER primus.

**RATIO ET MODVS CON**
*ſeruandæ iuuentutis, ſenectutis tardandæ, ad tuendum hominem ſemper ſanum & robuſtum, ac ſi in ætatis flore eſſet. Atque hæc partim diuturnis ſtudijs partim plurimis experimentis ſunt inuenta, quæ vir quidam magnus pro matrona quadam magnifica confecit: & huiuſmodi experimentis ſenem quendam annorum 70. canum, male affectum, plurimisq; morbis vexatum, veluti ad ætatem 36. aut 38. annorum reduxit.*

PRIMO ſemper in animo, & ante oculos poſitũ eſſe oportet, nullum beneficiũ, nullumque bonum haberi poſſe quã à Deo ſolo, cuius clemẽtiæ & benignitatis magnus ille propheta, fidei conſcientia non incerta lętabũdus clamat: Renouabitur ſicut aquila iuuentus mea. Cæterum hac ipſa clementia

2008 Ministerio de Cultura

mentia & benignitate ſua Deus non ſolùm Ezechiæ vitam tot nnmero annorum prolongauit, ſed etiam effecit, vt Moiſes centum & viginti annos vixerit, atque ita, vt ne dens quidem aliquis ei fuerit commotus, neque viſus hebetior redditus ſit neque etiam capitis dolor, eum vnquam infeſtauerit. Quare cum potentiſsimus benigniſsimusq́ue creator & pater, vitę terminum ſingulis aſsignauerit, hominemque deinceps in ſua reliquerit poteſtate, virtutes denique proprietatesq́ue rebus omnib. attribuerit, fieri nequit, quin etiam ijs, vſque ad prædictum vitæ terminum dederit poteſtatem conſeruandi ſanitatem. Verùm cum ignorantia noſtra fiat, vt rebus ipſis ad naturam noſtram, morboſq́ue occurrentes accommodatiș vti neſciamus: ¡prętereа & victus ratione male, & extra ordinem ſeruata, fit, vt magna ex parte ægri reddamur, iuuentutem præcipitemus, multumq́ue vitam noſtram contrahamus. Itaque ſi omnis noſtra ſpes, fidesq́; ſemper in eo ipſo ſita eſſet, noſq́ue ipſi ſic propter infinitam ſuam erga nos benignitatem, diceremus: Longitudine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum:

2008 Ministerio de Cultura

meum: haud dubiè ſecuri, atque ab eo afflati, rebus ab ipſo conditis ad vſum noſtrum vteremur. Cum autem ſecreta quædam, non ſolùm à me ipſo, longa admodum experientia inueſtigata, atq; inuẽta, ſed etiam ab intimo amico meo, alia quædam probata, ad conſeruandam reſtituendamq́ue tum ſanitatem, tum iuuentutem, edere voluerim, primò liquorem ſeu potionem quandam, mirabiliter conſeruantem & reſtaurantem calorem innatum, humidumq́ue radicale ponam, in quibus ſanitas potiſsimum robur, & vita humana conſiſtit.

## LIQVOR SEV POTIO

*preciosiſsima, & inæſtimabilis virtutis, quæ conſeruat, & reſtituit calorem innatum, & humidum radicale, retinetq́ue tum ſanguinem, tum ventriculum purum ab omnibus humoribus noxijs, ac poſtremo cuſtodit, & in ſtatum priſtinum reducit ſanitatem, iuuentutem, producitq́ue vitam.*

In

2008 Ministerio de Cultura

IN Maio cum catino vitreo, vel vitreato mundo, collige rorem in aurora, ſupra roſmarinum, borraginem, & alias herbas bonas præter ſaluiam: propterea quòd certum eſt, quod ſcribit Boccatius: ſub ea videlicet ſaluia, animalia quædam venenoſa frequenter conuenire, quam venenoſo flatu inficiant. Quare cum folia à venenoſa qualitate, quam ſuſceperunt, mundificari frequenti lauatione poſsint, & ros minimè, ros qui ſupra ſaluiam decidit, colligendus nequaquam eſt. Itaque rore, quantũ ſatis eſſe videatur collecto, tria vaſa vitrea eiuſdem magnitudinis parata habeas, vt tibi videtur, quorum vnũ ſaccharum, alterum mel, tertium mannam teneat ſintque omnia paulò ſupra partem vaſis dimidiam & quod reliquũ eſt vacuum dicto rore impleatur, obſtruanturq; ora eorum cera alba, ne vllo modo eſpirent, & ſeruetur in loco frigido, ad vſum vt infra dicetur. Deinde ſume ampullam paruam, & plenam agarici electi, non in puluerem redacti, ſed minutatim inciſi, & ſuper infunde tantum ſucci, ſeu miuæ Citoniorum, donec ſuccus emineat, & obſtruatur, conſeruetur que ad vſum. Poſtea.

Ro-

2008 Ministerio de Cultura

Roſarum.
Cichorij
Endiuiæ
Fumiterræ
R. Bugloſſæ
ſucci Borraginis } ſing: part: j.
Maluę
Violarum
Lupulorũ

Et miſce. Deinde ſume aloes hepatici pulverizati lib. j aut lib ij, reponeq; in catino vitreato. Hæc enim aloe ſic imbuta atque præparata, vt dicetur, ſancta & familaris medicina cenſetur: ſiquidem ſingulis ſeptimanis, in introitu lecti ſumpta ſemel, ſiue in forma pillularum, ſiue fruſtulorum, conſeruat corpora ab omni putredine, atque ab omni humore noxio. Valet etiam ad dolores iuncturarum, ab morbum Gallicum, quemadmodum infra magis particulariter dicetur. Sumatur itaque tantum huius aloes, quantum ſufficere videatur ponaturq́ue in catino vitreato, vt dictum eſt, vel in patina munda ad ſolem: deinde prædictis ſuccis imbuatur vſque ad pultis craſsioris conſiſtentiam: mox tela aut charta cooperiatur, ne quid pulueris ingrediatur, deinde ad ſolem reliquatur.

Ex-

2008 Ministerio de Cultura

Exiccata autem ferè aloe rurſus prædictis ſuccis madefiat, atque vt antea ponatur ad ſolem: hocque toties iteretur, quoties aloe tantum ſucci imbiberit, quantum dimidia pars aloes appenderit. exempli gratia: ſi fuerint lib. ij aloes, facias aloen imbibere lib, j ſuccoru. Quibus factis.

Turbit ℥.s.
Cinnamomi electi
Spicæ
Aſſari
R. Squinanthi — ſing. ℥.j.
Carpobalſami.
Xilobalſami
Ligni aloes
Bdellij ſeu Myrrhę
Maſticis

Croci ℥.s: pulverizentur omnia et coquantur in ſufficienti quantitate aquæ remiſſę, per horam vnam aut paulò plus deinde coletur, atque prædicta aloe rurſus inbuatur hac decoctione vt ſupra, factum, ſiccetur & conſeruetur. Eſt enim medicina valde pretioſa. Quoniam interdum ſumpta, vt dictum eſt cõſeruat corpora ſana, vitam robuſtam atque proſperam, caput mundificat, coloremque bonum corpori conciliat. Poſſunt

autem

2008 Ministerio de Cultura

autem hac aloe vti pauperes, qui parandæ huic potioni, de qua in hoc capite ſermo nobis eſt, nō ſufficiunt. Hęc itaq; aloes, cum magna diligentia in ligneis vaſis conſeruetur. In quem autem vſum cum reliquis veniat, poſtea dicetur. Cæterum ſumatur aquæ vitæ non quidem primæ aut quartæ diſtillationis, ſed ſecundæ potius aut tertiæ, & impoſitis rebus ſequentibus, inque tenuiſsimū puluerem redactis, in diuerſis phialis vitreis, ſcilicet paruis & magnis, ſuper infundetur tantum, vt ad tres digitos emineat, fiatque modo, quo iam dicetur. Res autē ſunt huiuſmodi. Sumatur vncia vna margaritarum aqua pura ter aut quater ablutarum, quæ ſiccatæ, in ſuccū malorum limoniorum vel aureorū per tres dies immittantur, poſtea in phialam vitream vnà cum dicto ſucco collocetur, addaturque tantum aquę vitæ vt ad tres digitos emineat, vt iam dictum eſt Quo facto ſumatur vncia vna corall. rub: qui ſimiliter in ſuccum, vt de margaritis eſt dictum, immitti debent, deinde madefieri vt antea. Rurſus in aliam phialam vitream Chalcanti ſiue vitrioli Romani ℥.iiij. ſimiliter cum aqua vitæ permiſceantur. Quibus factis.

R. Flo-

2008 Ministerio de Cultura

R. Florum Roſmarini
Borraginis
Buglоſſæ
Saluiæ
Chelidoniæ
Hyſſopicum
Scabioſæ
Rutæ
Perforatæ
Calendulæ

ſing. part. j. Poſsũt etiam his folia valde tenuiſsima ſumi.

Hæc omnia in mortario ligneo vel lapideo frangantur, non pulverizentur, deinde in vnam, aut plures phialas vitreas ſimul imponantur, ſuperinfundaturque tantum aquę vitæ, donec ad tres digitos emineat, cooperiantur cera alba, aut lana. Poſtea R. Croci ſubtiliter pulverizati. ʒ.s. & ſeparatim in phialam cum aqua vitæ poſiti, vt in alijs. Rurſus in aliam phialam vitream conijcito theriacæ optimæ ʒ. iiij. cum ſua aqua vitæ, vt prædictum eſt. His omnibus factis.

Cinnamomi electi
Ligni aloes
Aniſi ſing. ʒ.j.
Sem: Fœniculi
Apij ʒ.s.
Mal. Citri ʒ.ij.

Ga-

2008 Ministerio de Cultura

Gariophillorum ʒ.ij.
Granorum Iuniperi. ℥.iij uel .v.
Mirrhæ
R. Ameos ſing. ℥.s.
Belzoini ſeu aſsæ odoratæ
Sandal.omnium ſing.℥.j.
Styracis liquidi ʒ.ij
Cort.mali Citri ℥.ij
Mirabolanorum omnium
Pinearum mundatarum ſing. ℥.iij
Carabe ℥.ij.
Rad.dictami albi ℥.iij.
Muſci ʒ j aut ℈.ij

Miſceantur & puluerizentur omnia, et reponantur in phialam vitream cum aqua vitæ, vt prius. His omnibus ſic ſe habentibus, prędictas phialas aut ampullas cera & charta pergamena, obturatas, ad ſolem per diem & noctem manere oportet. Sequenti verò die, omnes in alteram phialam, eamq; amplam & craſſam, euacuãdę ſunt, ita vt ſola aqua vitæ, materia in fundo relicta, eximatur. Euacuatis itaque omnibus, tam magnis quàm paruis conſeruanda erit in loco, à ſole remoto, Verùm ſciendum quòd prædictæ tres phialæ ſcilicet cum ſaccharo, manna et melle, minimè ad ſolem collocandæ ſint.

Aqua

2008 Ministerio de Cultura

Aqua vitæ ab omnibus phialis detracta vt dictum eſt, rurſus euacuatas implere & obturare, atq; ad ſolem collocare conuenit, vt prius: deinde rurſus exinanire, vt antea, atque hoc ſepties aut decies faciendum ant toties, quoties aquæ non amplius colore à rebus impoſitis inficiantur, ſed omnem virtutem ab ijs iam ſumpſerint. Sæpius autem hoc facere melius eſt. Omnes enim per balneum Mariæ tranſire oportet, vt mox dicetur, vnde, ſiue multa ſiue pauca tranſeat, atq; ita nihil de virtute & ſubſtantia earum rerum amittitur præſertim omni uirtute ab aqua vitæ extracta: qua de cauſa quatuor aut ſex ſtatī à principio paratæ eſſe debent. Tota igitur aqua vitæ in magnam phialam coniecta ſumatur, et tres reliquę, cum ſaccharo, mãna & melle: præterea & parua cum agarico, & omnia vnà cum tribus vncijs aloes ſuperius paratæ ſimul miſceantur, conijcianturque in cucurbitam vitream maximam, firmam, vel (ad maiorem ſecuritatē) in plures diuidatur, & alēbico ſuper impoſito, ne vllo modo reſpiret, deſtillentur in balneo Mariæ, vel eodem tēpore vel diuerſis: atque ſic omnis aqua ex-

2008 Ministerio de Cultura

extrahetur clara vt cryſtallus. Hæc aqua ęquè bona, vt altera, imò multò melior eſt: quoniam ſæpius diſtillata, & tenuior & efficacior redditur. Poteſt etiam eadem ſumi per os: ſiquidem aliquid etiam virtutis à rebus cum quibus ſtetit ſibi attraxit. Itaque operam dare oportet vt cum tantũ aquæ distillando exierit, quantum quarta aut tertia, ex quinque partibus fuerit extracta, reliqua in vitrea cucurbita maneat: qua deinde refrigerata eximetur auferendo primò alembicum, & vaſa recipientia aquam, quæ prius in vaſe vitreo aliquo, aut pluribus ſeruetur ad vſum, vt ſupra dictum eſt. Altera verò in fundo cucurbitæ vitreæ relicta, atque colorata in aliud vas vitreum firmum paleisq́ue, vt ſolet in parte ima, munitum ne frangatur, collocetur: deinde optimè cera, lana & charta pergamena obturetur ne aliquo modo expirare queat: poſtremò in loco aliquo clauſo, à ſole & omni calore remoto, ſeruetur. Atque huic potioni, quantum ad eius virtutes nihil æquiparari poteſt: nam ſi ea quis ſingulis hebdomadis vnum cochleare, ſemel aut bis vtatur, conſeruat ſanitatem, liberat & ſanat omnem malam corporis

affe-

2008 Ministerio de Cultura

affectionē, cuſtodit, corroborat atq; reſtituit calorem innatū & humidum radicale, corpus robuſtum atq; iuuenile retinet: itē caput memoriamq́; cōfirmat, colorem corporis emendat cū ſuaui quoq; anhelitu, ita vt aliter fieri nequeat quin ſit inæſtimabilis & incomparabilis virtutis. Quare quantum Deo debeatur, qui tam mirabiles rebus ab ipſo creatis virtutes attribuerit, & poſtea ſeruis ſuis mentem aperuerit ad hæc cognoſcenda vtendaque ad mortalium vtilitatem, explicari non poteſt. Modus autem ſumendi hanc potionem, ſic ſe habet: In hyeme namque ſola, aut cum iure carnium vituli, aut caſtrati, aut pulli, vino Cretico, Græco, aut vino albo optimo ſumenda erit. In æſtate verò, cum aqua bugloſſę, aut cum prędictio iure in quo prius bullierit borrago, bugloſſa, lactuca, cichorium, endiuia, vel ſaltem horum aliqua, atque omni tempore valet vnum cochleare plenum, cum dimidio poculo lactis mulieris maſculum nutrientis vel caprini lactis, ſumptum. Equidem quantitas aliquando variatur, ſecundum temperaturam hominis, anni tempus, ętatem &c. Quoniam ſenes debiles, infirmi, phtiſici & conſumpti



2008 Ministerio de Cultura

maiori quantitate opus habebunt, ſæpiusq́ue hac vti poterunt, quàm ij qui firmiores fuerint. Præterea in Vere, maiore quantitate, ſæpiusq́ue ea vti licet, quàm æſtate. Quod ſi flores & herbæ cæteræq́ue ſpecies vno eodemq́ue tempore non reperirentur, prædicta quoque potio vno eodemq́ue tempore fieri haud poterit niſi longiori temporis ſpacio, nempe incipiendo, à prima aut ſecunda ſeptimana Maij vſque ad finem Septembris vel Octobris. Quare ea quotidie colligantur, quæ in promptu exiſtunt, inijciantur q́; vel ſeparatim, vel vnà cum alijs in phialam, vt dictum eſt. Collectis nunc omnibus, ad finem reducatur potio, vt eſt dictum. Quòd ſi verò omnia haberi non poſſent, fiat cum ijs quę adſunt, cum non minoris ferè ſit virtutis. Verùm melius eſt vt omnia adſint, maximè cum facilè paruoq́ue prætio haberi queant. Qui autem rem perfectiorẽ deſiderat, is phiſicam auri diſſolutionẽ ſibi paret, cuius pars, vnà cum potionis duabus miſceatur. Nos quidem modum diſſoluendi auri bonum certumq́ue inferius docebimus. Summum verò optimumq́ue modum quem ſtudio & diligẽtia per omnem ætatem noſtrã acquiſiuimus,

2008 Ministerio de Cultura

mus, hoc in loco nõ ponemus, propterea quòd absq́ue oculorum intuitu diſci nequeat. Quare his ſic ſe habentibus, aliũ quẽdam modum, bonum, certum, atque neceſſarium, & forſitã à multis hactenus non viſum paulò inferius ponemus.

POTIO LOCO SYRVPI *aut medicinæ ſumẽda & maximè ab ijs, qui opus purgatione habent. Conuenit autem omni temperamento omniq́ue ætati, poteſtq́ue per multos dies absq́ue periculo ſumi. Nam quãdiu humores noxios inuenit, tãdiu eos purgat & deijcit: quibus deniq; vacuatis nõ amplius purgat, neq; vllã prorſus læſionẽ affert.*
Valet ad morbum Gallicum, atq; ad omnẽ malam tum ventriculi tum capitis affectionem, Prȩterea ſanis etiam confert, dũmodo bis in anno, Verè ſcilicet & Autumno ſumpta. R. Foliorum Maluȩ quãtum volueris, & coque in tribus aquæ menſuris, vſque ad conſumptionem tertiæ partis, deinde coletur, addaturq́ue

Mellis
Tartari ſing. lib. s.

Bulliãt omnia lẽto igne p horã dimidiã deſpumãdo ipſum mel, pòſt coletur, &

Foliorum ſenȩ
R. Ligni guaiaci ſing. ℥. vij.
Salis amoniaci ʒ. ij.



2008 Ministerio de Cultura

Terantur omnia & cribrentur, deinde in prędictam colaturam feruentem paulatim immitttantur, continuè miſcendo ligno aliquo: mox cooperiatur optimè ne vllo modo expirare poſsit: deinde rurſus ad ignem per exiguum ſpatium ponatur: demum auferatur ab igne atq; puluinari prius calefacto inuoluito, ſicq́ue per decem aut duodecim horas relinquito. Quibus factis.

R. Rhabarbari optimi, & minutatim inciſi ℥. iij. aut iiij. quod infunde in dimidiam menſuram vini per vnum aut duos dies, deinde coletur, addaturq́ue decocto ſupradicto, cum vncia vna aloes hepaticę ſuperius pręparatæ & puluerizatę, aut eius, quam ſeplaſiarij lotam ex ſucco roſarum appellant: Caſsiæ ℥. 8. compoſitio ſeruetur in phiala vitrea, vel alio vaſe vitreato. Modus autem ſumendi hanc potionem huiuſmodi eſt: mane in aurora ſumatur dimidium poculum plenum tepidum aut plus, pro neceſsitate, deinde maneat in lecto aliquantulum, dormiatq́ue, ſi vult, demum ſurgat, ambuletq́ue vel domi vel extra perficiendo negotia ſua: verùm in domo manere, ſemper melius atque ſecurius eſt propter ventris neceſsitatem.

2008 Ministerio de Cultura

tem. Poteſt autem hac potione quiuis vti per v, vij, viiij. aut xj dies, propterea quòd ſępius ſumpta nequaquam lædat: eſt enim medicina ſalubris & pręcioſa humano corpori ita, vt ſi quis hac vtatur, alia purgatione non indigeat.

## FACILE ET OPTIMUM *Remedium ad quamuis peßimam morbi Gallici ſpeciem, ſiue is cum doloribus, ſiue vlceribus, ſiue iuncturarum tumoribus ſit. Eſt quidem parui precij atque ſine periculo, quo etiam in profectionibus vti liceat, ſuaque quenque foris curare negotia.*

R. Mellis non deſpumati lib. iij.
Succi Calendulæ lib. j.
Aloes hepaticę, ſuperius pręparatę, aut lotę puluerizatę ℥iij: miſceantur & ponantur in ollam vitreatam, ſuperinfundaturque tantum ſequentis aquę, donec ad iiij aut vj digitos emineat, quę huiuſmodi eſt.

R. Ligni guaiaci lima aut tornatili inſtrumẽto minutatim cõciſi ℥. vj, coquatur in aqua communi quantum ſatis eſt, deinde rebus prędictis ſuperinfundatur, vt dictum eſt, addaturque.



2008 Ministerio de Cultura

Aceti ſquillitici ℥.ij,& coquantur omnia ſimul igne lento per horam dimidiã, aut plus,optimè mel ipſum deſpumando,in fine deniq; addátur Cinnamomi electi,puluerizati ℥.ij,aut ℥.iij,& remoueatur ab igne, ſeruetur que . Huius potionis poculum plenum, tepidum in aurora ſumant ægri , ſtatimq́; mandent vel malum cotoneum , vel ſorbam, vel vuam acerbam, vel malum granatũ , vel aliquid rerum aſtringentium: qua ſumpta, maneant in lecto ęgri quandiu voluerint,& dormiant:poſtea verò ſi placet,ſurgant,domoq́ue exeant ſi qua negotia ijs ſunt peragenda. Verùm ,vt iam ſupra dictum eſt,melius eſt in lecto , aut domo quieſcere , quàm foris verſari, propter euacuationes. Poteſt autem hęc potio alternis tantùm diebus ſumi, vel ſaltem,niſi morbus ſit admodum vehemens,bis in hebdomada ,& mirabilis inde ſequetur effectus, neque alia guaiaci decoctione , neque alijs medicamentis quis opus habebit,quàm hac ſola: omnibus enim conuenit, vtpote ſæpiſsimè atque in plurimis probata.

MO-

2008 Ministerio de Cultura

## MODVS CONFICIENDI.

*Aurum potabile ad conſeruandum ſanitatē & iuuentutem, ſiue per ſumptum, ſiue cum eā potione cuius in capite huius primi libri ſecundo, mentionem fecimus. Præterea ſanat omnem morbum incurabilem ſeptem ad ſummum diebus.*

R. Succi malorum limoninorū menſuram vnam, quam ad ignem, donec penè ebulliat, ſines: deinde remoueatur ab igne atque primò ter aut quater per linteum, deinde per pannum laneum coletur, addaturq́ue.

Mellis non deſpumati lib. ij.

Salis communis albi in puluerem redacti, lib. s. coquantur omnia lēto igne donec mel optimè deſpumatum fuerit. Atque hæc omnia diſtillare conuenit, primò quidem igne perquam lento, deinde maiori, poſtremò maximo. Materia autem refrigerata, alembicū ſimul cum aqua recipientium vaſorū tollatur colloceturq; in phialam vitream: atque ita, ne aliquo modo exhalare poſsit, quo facto fęces in cucurbitæ fundo relictæ eximantur, atq; in ollā coopertā, & luto inuolutam, vt igni reſiſtatur imponantur, atque vel in figuli vel vitriarij fornace calcinentur per dies tres. Hanc igitur



2008 Ministerio de Cultura

materiam ſumito, atque ſubtiliter pulueri zato quę ſi fuerit libra vna, quatuor vncias mannę, & duas ſacchari candidi adiungito: ſi vero libram vnam non appenderit, minus mannæ aut ſacchari addito, ita vt proportione reſpondeat, omniaq́ue in cucurbitam vitream benè lutatam, vnà cum aqua ſuperius in phiala conſeruata inijcito, biſq́ue tantum aquę vitæ efficaciſsimæ addito, quantum dicta aqua fuerit: deinde alembico ſuperimpoſito, primò igne lento diſtilletur, quoniam aſcendit facilè: deinde cum diſtillare ferè deſinat, ignis augeatur, quo omnia diſtillatione eximantur. Hac denique cucurbita, recipientiumq́ue vaſorum aqua relicta, ac minimè commota vſque ad vſum. Ad hæc ſumas foliorum auri puriſsimi xxiiij. carectorum & cum cemēto vel antimonio purgati, eo pondere, quo vti volueris, atque in catino vitreato cum iulappio roſaceo, aut violaceo conteras, eo modo quo colorum materiæ ad ſcribendum conteruntur, vt in quinto libro docebimus. Quare auro optimè trito, atque melle aqua calida abluto, vt inferius docebitur in vitream cucurbitam conijciendum erit. Quibus factis alembicum ſupe-

2008 Ministerio de Cultura

ſuperius in fornace vnà cum vaſorum recipientium aqua relictum auferas, atq; in phialam vitream anguſti oris repo-nas, ne vllo modo expiret. Itaque prę-dicto auro tantum huius aquę ſuperin-fundas, donec ad quinque digitos emi-neat: deinde alembico ſuperimpoſito, ita vt reſpirare nequeat, igne admo-dum lento diſtilletur, donec aqua ſu-pra aurum poſita omnis exierit: Neque in fine ignis eſt augendus: neque etiam mirandum, ſi aurum ex toto non exic-catum fuerit. Aqua autem omni detra-cta, alembicum vnà cum vaſe rècipien-te eleuetur, atque rurſus aqua ſuperius in vitrea phiala anguſtioris ſeruata, au-ro ſuperinfundatur vſque ad quinque digitorum altitudinem. Qua de cauſa conſultius eſt, vt duo adſint, quorum alter alembicum extollat, alter nouam aquam infundat. Quo facto alembicum cucurbitę imponatur, obtureturq; op-timè ne quo modo expirare queat, dein-de diſtilletur igne lento, vt prius. Aqua autem omni extracta, rurſus alter alem-bicum extollat, alter verò nouam aquam infundat vſque ad quinque digitos, deinde diſtilletur vt prius, atque hoc toties iteretur, quoties omnis aqua auro



2008 Ministerio de Cultura

ſuperinfuſa atque deinceps diſtillata fue rit. Poſtremò aurum à cucurbita eximito, atq; in aliam cucurbitam vitream non valde magnam ponito, ſuper infundendo omnem aquam ſæpius diſtillatam, deinde alembico ſuper addito, in balneo Mariæ, tepido, & non feruenti relinquantur per quindecim aut viginti dies, ita vt nequaquam diſtillet. Deinde aucto igne, diſtilletur in dicto balneo Mariæ, bulliendo, donec omnis exierit. Atque ſic in cucurbitæ fundo, aurum in liquorem prætioſiſsimum diſſolutum videre licet, quod in vaſe vitreo bene obturato ſeruetur. Quòd ſi quis ipſum ſubtilius atque efficacius parare volet, is ſæpius diſtillationes iteret, eóque modo procedat, vt ſuperius: nempe tantum aquæ ipſius antea diſtillatæ rurſus ſuper imponat, vt ad quinque digitos accedat, hocque toties faciat quoties volet: quanto enim ſæpius diſtillatur, tanto etiam melius atque præſtantius aurum euadit. Atque ſic verum phyſicum & perfectiſsimum aurum potabile habebis: quo ſi quis ſemel aut bis in menſe vtatur, ſiue per ſe, ſiue cum potione prædicta in capite ſecũdo, conſeruat iuuentutem, ſanitatem, omnemque incura-

2008 Ministerio de Cultura

curabilem ęgritudinem in paucis diebus perſanat. Valet præterea ad multa alia, alijs de cauſis, vt prudentes naturę inueſtigatores per ſeipſi cogitatione comprehendere poſſunt. Hac etiá via ac ratione, argentum in folia redactum, parari poteſt, atque rectè argentum potabile fieri quod etſi non tantæ virtutis atq; aurũ potabile ſit, tamé fieri nequit, quin admirandæ etiam ſit virtutis. Ante quinque enim annos, Anglum quendam vidi, qui cum huiuſmodi argento potabili, forſitan alio modo parato (cum varij conficiédi ſint modi, qui ad eundem tamen finem tendunt) plurima veluti miracula faciebat, ſanando ęgritudines corporis humani grauiſsimas.

## AD SANANDVM VLCVS *carnoſum in virga, etiam ſi fuerit inueteratum.*

R. Fęces ex melle diſtillato, vel his deficiẽtibus, ſumito mellis, ad iuſtam craſſitudinem cocti: deinde ponito in ollam ad cremandum vel in figuli, vel vitriarij fornace, donec auri colorem aſſumat. Hæc materia valet ad omnes plagas, nam carnen putridam atque mortuam conſumit, poſtea mundificat, & abſque vllo dolore perſanat. Qua de cauſa ad



2008 Ministerio de Cultura

ſanandas plagas, multò melior eſt, quàm æris flos præcipitati, quo plurimi chirurgi ad eundem affectum vtuntur.

R. Igitur huius pulueris ℥.j.
Stercoris canini ℥.ij.
Tartari albi ʒ.s.
Sacchari albiſsimi
Aluminis vſti } ſing: ʒj.
Tutiæ

Terantur omnia atque cribrentur: deinde R. foliorum oliuæ recentium, cótundanturq́ue in mortario lapideo optimè, adijciendo parum vini albi, poſtea bene expreſſo ſucco addatur tantundem ſucci plantaginis, ponaturq́ue ad ignem infundendo paulatim prædictos pulueres, atque continuè miſcendo: poſtremò parum ceræ viridis adiungatur, parum mellis roſati, fiat vnguentum molle, atque ſeruetur. Eſt autem valde pretioſum ad carnem conſumendam conſiſtentem præſertim in locis valde ſenſibilibus quæ fortia medicamenta reſpuunt propter dolorem. Modus verò vtendi huiuſmodi eſt: Siringa parua vino albo impleatur, in quo prius roſæ ſiccæ, & folia plátaginis cocta deinde parũ lactis mulieris, vel caprini adiectum fuerit, ponatur in virgam, quæ eo vino



2008 Ministerio de Cultura

optimè lauetur:deinde mucronem candelæ ceteæ longæ ac paruę, vt virgę meatum ingredi valeat, ſumito: in eius mucrone prædicti vnguenti parum affigito, atque in virgam candelam prius calefactam ne frangatur, per paruum temporis ſpatium immittito, quo vſque ad vlcus pertingat, atque vnguentum ibi relinquat. Hoc bis in die faciendū, manè ſcilicet, & veſperi: atque cum hęc administrantur, ægrotus in lecto ſupinus recumbat, & ſic admirabilem effectum videre licebit: nam paucis diebus absq; vllo periculo æger ſanabitur.

AD OMNEM HEPATIS *caleſactionem, atque aliam malam affectionem ſecretum, quo omnes, qui his de cauſis, faciem veluti leproſam, pedes tumefactos, manusq́ue incenſas atque ſcabras intus habere videbantur, fuerunt perſanati.*

R. Farinæ hordei, vel amili, quantū ſatis eſt & coquatur in aqua fontana ad ſemihorā, deinde coletur, addaturq; parū.

| | |
|---|---|
| Maluę | ſing. part. j. |
| Cichorij | |
| Lupulorum | |
| Endiuię | |
| Borraginis | |

Sandali Citrini ℥.j.



2008 Ministerio de Cultura

Coquantur omnia vſque ad ſufficientiam, deinde colentur, adiunganturque. Caſsię recenter extractæ, & per linteum in dictam decoctionem expreſſæ ℥ j. poſtremò adiecto ſaccharo dulcis potio reddatur. Huius itaque potionis] in aurora ſumito poculum vnũ alternis tantum diebus, & pronè in lecto recumbito aliquantulum, dormitoque, ſi lubet: deinde ſurgito, atq; negotia, ſi qua ſunt, peragito. Eſt autem potio hæc æſtate tantùm ſumenda, & non hyeme. Prætetea ſi quis ventriculum natura frigidum haberet, is vẽtrem panno aliquo rubro, ſeu purpureo, quem vulgus Italorum ſcarlatum appellat, cooperiat, vngatque ventriculum interdum oleo pro ventriculo imbecillo, quod inferius docetur.

SECRETVM RARVM AT-*que pulchrum pro hemorrhoidibus vna nocte ſupprimendis.*

Folia ſambuci viridia in aqua ſupra pannum rubrum, quatuor digitorũ latum, ita vt manui reſpondeat, diſtendi, atque hæmorrhoidibus ſic calida adaptari debent, ſi quidem prius parum olei oliuarum ſupra additum fuerit: verùm cum hæc adminiſtrantur, ægrum pronè in lecto ſitum eſſe oportet. Quo facto mox ſupra

2008 Ministerio de Cultura

ſupra alium pannum rubrum, ſimiliter alia folia ponantur, vt dictum eſt, atque priore ablato, ſuper imponatur vt prius: atq; ſic per integram noctem continuè procedendũ. Quod ſi per integram noctem continuare non liceat, iteretur toties, quoties fieri poteſt, interim tamen æger ſomno permittendus eſt, modò dormire poſsit. His quidem ſic ſe habentibus, fieri omnino nequit, quin ſequenti die manè ſanus conſpiciatur.

## VNGVENTVM NOBILE *ad ignis vſtionem, quod ſanat, ſigno nullo relicto.*

R. Albuminorum ouorum nº. ij.
Tutiæ Alexandrinæ ſing. ℥ ij.
Calcis viuæ, atq; nouies lotæ
Ceræ recentis ℥ j.

Miſceantur atq; cum oleo roſaceo, quantum ſatis eſt, fiat vnguentum.

## REMEDIVM RARVM PERfectum ac probatum, *ſi quis cibum retinere non poſsit atque imbecillum ventriculum habeat.*

R. Fruſta alabaſtri incenſa aliquot, atq; ter aut quater in ſcutella olei plena extincta, quib. deinde ſubtiliter cõtritis, in oleũ extincta fuere, ponãtur, addanturq́; ceræ rubræ lib. ij. & miſceantur omnia, atque

2008 Ministerio de Cultura

atque diſtillentur donec oleum totum exierit, cui denique adiungito Mirrhæ optimæ atque in puluerem redactę ℥.s. & conſeruato. Quando autem quis hoc oleo vti volet, ſumat parum ex eo, & parum abſynthij, atque ſimul in vaſe aliquo ferreo, vel fictili coquat non diu, deinde veſperi in lecto os ventriculi inungat. Qui hoc vtitur oleo, fieri nõ poteſt, quin ſtomachum robuſtum atque perfectum ſibi comparet. Cæterùm poteſt etiã quis vti ſæpius roſmarino, ſiue crudo, ſiue cocto, ſiue in vino poſito: atque ſimiliter aqua vitæ, inferius poſita, quæ mirabilis quoque eſt.

REMEDIVM QVO MVlier *quædam. 36. annorum, fuit perſanata, quæ tingendis in ſole capillis alijsque de cauſis, ventriculum ita malè affecit, vt per ſesquiannum, nullum ventris beneficium habere potuerit, atque cibo ſumpto, ſtatim euomuerit: Quibus de cauſis pallida, atque ligni inſtar arida fuerit.*

Monachus quidam Auguſtinianus doctiſsimus, atque ſecretis raris infinitisq; abundatiſsimus, mulierem quandam in xxvij. diebus ſequenti remedio à prædicto morbo liberauit, ita vt tam colorem, quàm formã priſtinã omnino reſumpſerit.

2008 Ministerio de Cultura

rit. Primò itaque victus rationem talem conſtituit: Panes paruos conficiebat, atque in clibano (quem paratum habebat ſimilem ijs, in quibus panes coquuntur) roſmarino incēſo, calefacto coquebat, quos ſic mulieri per octo aut decem dies exhibuit ſimul cum alijs cibis delicatis, cinnamomo & ſaccharo conditis. Vinum præterea album neque potens, neque aqua dilutum præbuit. Quo facto præcepit, vt ſingulis diebus manè, digitum latū ſequentis aquæ ſumeret. Aqua autem huiuſmodi eſt.

R. Aquæ vitæ menſuram dimidiam.
Corticum malorū aurantiorū ʒ.j.
Florum roſmarini M.j.
Cinnamomi electi ℥.j.
Croci ℈.s.
Belzoini ſeu aſsæ dulcis ʒ.j.
Muſci parum, miſce & ſerua.

Cæterùm lauacrū ex roſmarino & alijs herbis odoriferis parauit, quo eam ſemel tantum in hebdomada lauari permiſit, deinde ſingulis quoque diebus veſperi in lecto, cum prædicto oleo diſtillato, atque abſynthio cocto vt totum pectus vngeret, iuſsit præterea ſomno plus quàm vigilijs ſtuderet, pannum quoque ſupra pectus haberet: aliquando etiam confe-

2008 Ministerio de Cultura

confectione Diambræ vteretur. Atque his omnibus factis mulier in xxvij. diebus prorſus ſanitatem recuperauit, quã nullus medicorum curare potuerat.

## AD PVERORVM VERMES

*Tria remedia ſingularia.*

Primum.

R. Floris farinæ triticeæ ʒ.ij. cui tantũ aquę fontanę ſuperinfunde, donec lactis modo cõſiſtat, deinde pro lacte in potu exhibeto, eumq; ſic relinquito: videbis enim in deponẽdo vẽtris onere, oẽs vermes eiectos: & eſt valde nobile ſecretũ.

Secundum.

Accipe malum aurantium, atque in parte ſuperiore inciſum & perforatum, vt tantum ſucci pulpæq; exprimatur, excaueturque, donec ad dimidiam partem vacuum reddatur: Poſtea ſpatium illud vacuum, imple oleo laurino, & ſucco tam rutæ quàm abſynthij, Theriaca, & lupinorum farina: demum cum aliquantulum ad ignem cocta fuerint in dicto pomo, vmbilicum, cor, tempora, nares, pulſusque inungito, & videbis effectum admiratione dignum.

TERTIVM Remedium ad vermes, preſertim infantium, & eorum puerorum, qui per os aliquid ſumere nolunt.

Infan-

2008 Ministerio de Cultura

Infantis venter, pectusq́; aqua vitæ optima lauetur, deinde ſtatim ſupra inſpargatur aliquantulum mirrhæ, in tenniſsimũ puluerẽ redactæ, relinquaturq́; aliquãdiu pectore ſupino, & ſic inſtãte vẽtris neceſsitate, oẽs vermes excernẽtur.

AD LVNATICAM AFFE*ctionem puerorum ex qua tremunt, & ſemimortui apparent, quòd nulla alia de cauſa euenit, quam quòd ſæpius in ijs vermis quidam generatur cor ipſum petens, tremorem inducens, atq; etiam nonnunquam mortem.*

Tanaceti ramuli teneri in vmbra ſiccentur atq; in puluerem redigãtur, cribrenturque, deinde drachmæ duæ ſequentis pulueris addantur, qui huiuſmodi eſt.

R. Radicum gentianæ.
Peoniæ longæ ſing. ℥. ij.
Mirrhæ ℥. j.

Miſceantur & terantur. Et cum vti voles, parum huius pulueris ſumito, ſcilicet, quantum duobus digitis comprehẽdi poteſt, atque aquæ guttam addito, ita vt madefiat, deinde ore & labris infantis ter aut quater inunctis, fieri nequit, quin vermes omnes vnà cum reliquis excrementis excernantur. Eſt autem hoc expertum ſæpius: quoniam in plurimis, qui ob talem affectum interie-

2008 Ministerio de Cultura

interierunt & poſtea diſſecti fuerunt, vermis ille inuentus atque cordi appenſus fuit. Ad hunc etiam affectum tria ſupra dicta remedia valent.

## AD MORBVM COmitialem.

In Maio ſumito Chamedrios (nam tum temporis maximè floret) quæ in vmbra ſiccetur & in puluerem redigatur. Deinde cum vti voles, accipe ouorum vitellorum vnum aut ij, & vnum cochleare prædicti pulueris, quibus denique optimè miſtis & coctis, ægro per octo dies, manè ſcilicet & veſperi ad commedendum detur. Verùm interim à coitu, leguminibus acetarijs, carnibus duris, cæterisque cibis vitioſis abſtinere oportet: & eſt ſecretum nobile & bonum.

## OLEVM EX SVLPHVRE *ad Cancrum, Fiſtulas, & alia antiqua vlcera.*

Sulphuri contrito tantum olei comunis addito, donec paſtę modo cóſiſtat: deinde in cucurbitam vitream ponito, & diſtilla. Atque de hoc oleo ſumito ℥. iiij. aquæ plantaginis ſucci cardui benedicti, ſing. ℥. ij. bulliant omnia ſimul in olla vitreata per modicum tempus: cum vti voles, plaga cum aqua vitæ, vel vino albo prius

2008 Ministerio de Cultura

prius optimè lauetur, demum oleum ſuperaddito, perpaucis diebus æger ſanabitur.

## AD EXTRAHENDVM EX *vulnere venenum.*

R. Aſſæ fœtidæ
Galbani ſing. ℥.j.

Infundantur in aceto per noctem vnam deinde ad ignem ponantur, donec liqueſcant, diſſoluanturque, demum per linteum colentur, addanturque vnguenti Diabaſiliconis ℥.ij. & fiat vnguētum. Hoc vnguētum ſupra vulnera poſitum, omne venenum ad ſe trahit, atq; extinguit. Extracto autem veneno, vulnera vt reliqua curari poſſunt. Verùm inſtante neceſsitate magna, ſola aſſa fœtida idem poteſt.

## AD OMNIS GENERIS *animalis venenoſos morſus.*

Statim cum quis morſus ab animali venenoſo fuerit, & quàmprimum fieri poteſt, ramulos fici virides colligat, ex quibus tres aut quatuor guttas lactis ſupra vulnus exprimat. Similiter valent etiam ſemina ſinapis cum aceto miſta.

## AD SAGITTAM, AVT *aliud ferrum ex vulneribus extrahendam.*

Specil-

2008 Ministerio de Cultura

Specillũ in ſucco valerianę tinctũ, ac primò ſupra vulnus poſitum, poſtea herba contuſa, demũ faſcia, ferrũ extrahit, deinde etiam vulnus aut plagam perſanat.

AD VEHEMENTEM INfantium tuſsim.

R. Succi petroſelini
Cymini contriti ſing. quantũ ſatis
Lactis mulieris

Quib. miſtis, potio puero bibẽda detur. Poteſt etiam fieri tale vnguentum.

R. Sem. lini.
Fœnici græ. ſing. p. j.

Bulliant in aqua fontana, deinde cum omnis ſubſtantia benè expreſſa fuerit, addatur aliquantum butyri, & fiat vnguentum molle quo pectus infantis inungatur calido.

AD CAPITIS PERCVSſiones, tumores, ſiue caſu, ſiue aliter euenerint.

R. Salis comunis ℥. j.
Mellis non deſpumati
Cymini ſing. ℥. iij.
Terebinthinæ ℥. ij.

Miſceãtur oĩa ad ignẽ, fiatq; vnguentũ quo ſi quis vtat calido, pfectè ſanabitur.

AD SVRDITATEM REmedium perfectiſsimum.

R. Men-

2008 Ministerio de Cultura

R. Menthæ
Saluiæ
Pulegij
Roſmarini
Hyſopi
Arthemiſiæ
Mentaſtri
Calamenthi
Chamomillæ } Sing. M. j.
Milleſolij
Perforatæ
Abſynthij
Abrotani
Centauri

Coquantur omnia in ſufficienti quantitate vini, donec tertia pars abſumatur, deinde cũ vti quis volet, prius decoctũ calefaciat ac vapores qui inde aſcendũt in aures recipiat Et hoc cũ per ſemihoram in introitu lecti factum fuerit, duæ aut tres guttæ olei ſequentis calidæ infundendæ ſunt, atq; ſtatim aures obturandæ bombice muſcato, deinde dormiendum eſt. Oleum autem ſic ſe habet.

R. Olei antiqui ℥.ij.
Porrorum ℥.j.
Amigdal. amar.
Succi rutæ ſing. ℥.s.
Vini Cretici ℥.j.s.

Ponan-

2008 Ministerio de Cultura

Ponátur omnia in phialam collo longo, bulliantq́ue igne lento donec ſuccus & vinum ferè conſumpta fuerint, deinde remoueatur ab igne, addaturq́ue.

| | |
|---|---|
| Spice nardi<br>Colocynthidis<br>Caſtorij<br>Maſticis | ſing. gr. j. ſ. |

Miſceantur atque in tenuem puluerem redigantur, & cum prædicto oleo addita fuerint obturetur os bene, ne quouis modo reſpiret deinde phiala in olla aqua plena poſita, bulliant per horas tres, atq; ab igne auferantur, infundanturq́ue in aliam phialam vel catinum, & relinquantur ad ſolem, donec reſideant, demum coletur per linteum ſubtile, ita vt omnis ſubſtantia exprimatur: quo facto, adiungatur Muſci gr. j. ſ, & cum omnia bene cum ligno, aut ſpatula miſta fuerint, ſeruetur in vaſe bene obturato. Verùm cum ſuffimenta fiunt, fabas exiccatas mandere oportet, & deinde expuere: & hoc nulla alia ratione fit quam vt aurium meatus, poriq; aperiantur. His omnibus ritè adminiſtratis, aliter fieri non poteſt, quin gratia Dei ægri ſanentur, modò medicamentis ſanari queant: ſunt autem plurimi hac via ad ſanitatem reducti.

2008 Ministerio de Cultura

reducti. Quòd ſi his remedijs non curentur, alijs opus non habebunt. Cæterùm ſi ab huiuſmodi remedijs ſonitus, ſiue bombi in auribus fierent, non ſtatim ab inſtituto recedendum, ſed potius pergendum, ſiquidem fieri nequit, quin mirabilia conſpiciantur, præſertim cùm omnes, & ſi per 30. annos ſurdi fuerint, modò ſurdi non fuerint nati, auditũ recuperauerint. Porrò vtatur etiá pillulis, quæ caput purgare valent, & cibis bonis, qui morbo huic conueniunt.

## AD PROCIDENTIAM *matricis.*

Sumito lapidem viuum ſub terra, quẽ aër nunquam attigerit, & cum crucibulo cooperto ad ignem maximum, donec optimè calefiat, ponito: deinde cùm in vas aliquod coniectum, ſuperq; acetum aſperſum fuerit, mulier ita ſe collocet ſupra, vt fumum matrix bene recipiat. Quo facto, in lecto mulier recumbat, atque peſsi in ſucco rutæ intincti, ſupponantur, ac ſic matrix vnà cum peſsis, ad interiora, ad locum ſuum priſtinum reuertentur. Quare peſsi ligandi erunt, vt rurſus extrahi valeat. Cæterùm tale vnguentum pro renib. parandum erit.



2008 Ministerio de Cultura

R. Ciclaminis.
Rutæ ſing. part. j.

Quibus contuſis optimè, atque in oleo antiquo vſque ad conſumptionem tertiæ partis, coctis, remoueantur ab igne, exprimanturq́; bene, donec omnis ſubſtantia exierit: deinde cùm in aliud vas coniectum, & parum ceræ additum fuerit, rurſus ad ignem calefiat, quo omnia perfectè miſceantur, & fiat vnguentum quo renes inungantur, ſuper quos ſtuppa liganda erit calida. Verùm illud ſciendum erit vt mulier ſupinè recumbat capite decliui, & natibus altis. Et hęc alternis tantùm diebus facienda: cumq; ter adhibita fuerint, fieri nó poteſt, quin mulier liberetur. Cæterùm victus rationem ad calidum inclinare oportet, quod fiet, ſi columbis, gallinis, & ſimilibus cum aromatibus vtatur: & ſic abſque dubio liberabitur, etiamſi per 30. annos affecta fuerit.

## AD LAC MVLIERIBVS *reſtituendum & multiplicandum.*

R. Foliorum fœniculi viridium quantum ſatis eſt, bulliant in vino vel aqua ad ſufficientiam, deinde coletur, vtaturque in prandio, cœna, & alijs temporibus pro potu ordinario; fieri autem nequit quin

2008 Ministerio de Cultura

quin lac abundet. Valet etiam ad menſtruorum retentionem.

## AD MORBI GALLICI *tumores antiquos & nouos, remedium valde bonum.*

R. Boli Armeni, aceti, & olei roſacei, ſingulorũ quantũ ſatis eſt: miſceantur, & inungantur partes circum tumores, ad quatuor digitorum latitudinem: deinde.

R. olei Euphorbij ℥.ij.

Violati ℥.s.

Miſce & inunge tumores, vbi pri⁹ vino rubro calido bene loti fuerint, demũ cũ linteum butyro inunctum, per tres, quatuor, aut ſex horas ſuper additum fuerit, auferatur, & ſi nulla inde veſica nata conſpiciatur, iteretur vt prius, donec veſicam aliquam effecerit. Veſica, ſi per ſe non rumpatur, ferro aliquo aperienda eſt, deinde vnguentis conſolidantibus curanda, & ſic perfectè ſanabitur.

## ALIVD AD MORBI *Gallici tumores.*

Tumoribus vino rubro, vt dictum eſt lotis, ſumito.

Vnguenti aurei ℥.iij.

Argenti viui ſublimati ℥.j.

Miſce, & tumori ſuperimponito cum panno linteo per diem vnum, aut plus,



2008 Ministerio de Cultura

quouſque tumor omnino conſumptus, & caro æqualis reddita fuerit. Quod ſi nondum conſumptus videatur (vt in antiquis tumoribus) bis aut ter iniungendus, vt dictum, & videbis effectum admiratione dignum. Abſumptis autem tumoribus, pannus linteus butyro prius inunctus, deinde vino lotus ſuperponendus erit. Verum notandum, quòd prædictum vnguentum omnes aquoſitates, vitioſosque humores ex toto illo membro, in quo tumores extiterint extrahit. Quare non ſolùm locum, ſupra quem poſitum fuerit, ſanat, verùm etiam totum membrum purgat, atque à mala eius diſpoſitione liberat. His etiam de cauſis aqua ad ſcabiem paratur, quemadmodum paulò inferius docebimus. Hac itaq; ratione, omnes huius generis morbi externi curare valent, propterea quòd aquoſitates, vitioſosque humores, à toto illo membro cui impoſita fuerint extrahent, id quòd facilè conſpici poteſt, non ſolùm pannis faſcijsque madefactis, verùm etiam aqua ab illo membro promanante. Quare hoc remedio varij dignique admiratione morbi curabuntur, modò rectè quis eo vtatur.
AD

2008 Ministerio de Cultura

AD PERCVSSIONES SIue ligno, ſiue lapide factas, facilè & perfectum remedium, etiam ſi vulnus acceſſerit.

R. ſucci foliorum Verbaſci contuſorum atque expreſſorũ quantũ ſatis eſt: deinde cùm plagæ appoſitus fuerit, folia quoque contuſa faſcijs ſupra ligentur, relinquanturque ſic per diem integrum. Quòd ſi vulnus quoq; adſit, vino prius lauetur, deinde vt dictum eſt, ſuccus & folia contuſa ſupra ponantur, & effectum videbis admirabilem.

AQVA AD SANANDVM omnis generis vulnera paucißimis diebus, quam quiſq; domi paratam habere deberet, cum paruo pretio, & facilè haberi queat, ſitque diuinæ admirandæque virtutis.

Cera flaua, noua atque ad ignem liquata, in vas aliquod vino cretico, vel albo plenum, ſepties conijciatur: deinde ceræ liqueque factę addatur lateris contriti M. j. diſtilletur in cucurbita vitrea luto inducta vſque ad dimidium collum igne admodũ lento per horas octo, deinde paulatim aucto donec vehemens euadat: verùm ſupra omnia iuncturas optimè obturatas eſſe oportet. Cùm autem



2008 Ministerio de Cultura

omnia frigida fuerint, aqua à recipiente extrahatur atque in phiala vitrea bene obturata, ne vllo modo expirare queat, ſeruetur in loco minimè calido. Eſt enim partium valde tenuium ita vt facilè euaneſcat, euaporetq́ue. Hæc aqua omnis generis vulnera mirabiliter perſanat, ſi quidem cum hac lauentur, linteumq́ue in ea intinctum ijs ſuper ligetur: Hoc autem verum eſſe, præter alia experimenta, hoc quoque in ſeruo quodam Illuſtriſsimi domini Leonelli Pij Carpi Venetijs 1548 expertum fuit: qui cum pugionis in pedem caſu valde eſſet læſus, atque hac aqua ſola, quam nobilis quidam paratam domi habebat, vſus eſſet, duobus tantùm diebus perfectè, atque nullo ſigno relicto, ſanatus fuit. Valet etiam mirabiliter ad ſpaſmum & multa alia, quæ ſolent accidere. Cæterùm ſi hæc aqua ritè facta, vel bis diſtillata fuerit, redditur admodum partiũ tenuium, vt ſi in manu ponatur, ſubitò penetret, ita vt pars omnino ſicca conſpiciatur. Quare prudentes ad multa alia hac vti poterunt, vt cum medicamentis, quæ penetrare ad interiora volunt, ſiue liquores, ſiue pulueres extiterint, non ſolùm ad morbos curandos,

2008 Ministerio de Cultura

dos, verùm etiam ad faciem venuſtiorem reddendam.

MODVS CONFICIENDI *Oleum hyperici, quod Venetijs, & alijs quibuſdam in locis rubrum appellant: quod quidem tantæ virtutis eſt vt vix vnquam verbis explicari queat. Valet autem ad vulnera atque alia innumera, quorum ea tantum nominabimus, quæ magis neceſſaria & probata eſſe ſcimus.*

In Maio vel etiam Iunio R. Herbæ hyperici, antequam floreat M.ij. quibus benè contuſis, atque in phialam vel in cucurbitam vitream poſitis ſuper infundito tantum vini albi, donec cooperiatur herba olei communis ad duorum digitorum altitudinem, deinde obturetur, relinquaturque. Quo facto die decimo quarto Iunij, mane in aurora R. foliorum hyperici M.j. florũ hyperici M. ix. quæ contundantur optimè: & cum in prædictam phialam vel cucurbitam poſita fuerint, tantum vini & olei addatur, donec omnia cooperiat vt prius, deinde vas obturetur probè, atque ad ſolem ponatur. Cæterùm duodecim, aut quindecim diebus tranſactis, eo inquam tempore quo prædicta herba ſemina

 profert

2008 Ministerio de Cultura

profert ℞. Seminum hyperici M. iiij. quæ contundantur cæteriſque adiungantur addendo tantum olei & non vini, donec ad quatuor, ſex aut octo digitos emineat. His omnibus factis, omnia vaſe aperto in balneo Mariæ coqui debent vſque ad vini conſumptionem (cognoſcitur autem hoc, quando oleum igni iniectum non amplius ſtridet, ſed ardet) deinde ab igne auferri quę ſi quinque aut ſex librarum fuerint infraſcriptæ ſpecies, cum ſuis itidem ponderibus vt dicemus, addi debent: Si verò minus aut plus, ea quæ in cucurbita extiterint appenderint, infra ſcriptarũ quoq; ſpecierum pondera proportione vel minuenda, vel augenda erunt. Sunt autem ſpecies huiuſmodi.

℞. Sulphuris vel viui, vel nõ viui lib. ſ.
Salis comunis ℥. viij.
Lumbricorũ terreſtriũ rubrorũ, atq; lotorũ primò aqua, deinde vino ſcutellá. j.
Mellis roſ. vel deſpumati ℥. iiij.
Terebinthinæ bis lotæ. ℥. x.
Axungiæ porcinæ lib. ſ.
Succorum Dictami albi vel nigri
Verbaſci ſing. ℥ iiij.
Croci ℥. ij.
Rad: Dictami

Gen-

2008 Ministerio de Cultura

Gentianæ
Imperatoriæ
*Scarlegiæ *(*Gallitricum nominant officinæ*)
Valerianæ
Chelidoniæ ſing.℥.ij.
Mirrhæ.℥.j.
Ceræ rubræ
Theriacæ ſing.℥.ij.
Sem.mali Citri ℥.j.
Hederæ maturorum ℥.iij.
Baccarum lauri ℥.iiij.
Cinnamomi ℥.j.
Ligni aloes ℥.s.

Miſceantur omnia, atque in puluerem tenuem redigantur, deinde in ſupradictã cucurbitam opponantur, addendo aquæ vitæ ℥.vj. demum obturetur optimè cucurbita, ne quouis modo expirare poſſint, atque per duos aut tres dies in balneo Mariæ collocentur ita, vt nequaquã bulliant: quãto autem plus in dicto balneo Mariæ ſteterit, tanto etiam melius erit. Cum itaq; per duos tres aut plures dies in balneo Mariæ calido ſteterit, eximatur, atque per integram æſtatem ad ſolem ponatur, deinde reponatur, & cõſeruetur ſic obturatum, ne quid pulueris ingredi queat. Hoc quidem oleum, quo antiquius eſt, eo etiã melius. Verùm ſin-



2006 Ministerio de Cultura

gulis annis, recentem ſuccum ex prædictis herbis, floribus, ſeminibus adiungere oportet: quod fiet, ſi herbæ, flores & ſemina contuſa in oleo comuni coquantur per quatuor aut ſex horas, deinde ſic calida, prædicto oleo veteri addantur. Tranſactis autem quatuor annis ſuccus exprimatur, atque materia veteri abiecta recens addatur. Quod ſi ſingulis annis fiat, multo efficacius reddetur. Nos quidem cùm huius ſancti olei virtutes ſint infinitæ, eas tantùm enumerabimus, quas nos ipſi, vel alij nobis præſentibus ſæpius experti ſunt. Hoc itaq; oleum, tot & plures etiam virtutes in ſe continet, quot legitimum balſamum. Valet ad omnem dolorem ex frigiditate natum internum & externum, ad Iſchiadam, podagram frigidam, ſi eo calido inungantur partes. Febri quartanæ, tertianæ, continuæ conuenit, præſertim ſi hora vna ante febris acceſsionem ſpina dorſi calido inungatur. Colica laborantibus mirificè opem fert, pectore & ventre inuncto, parumq́ue clyſteribus iniecto, quemadmodum in capite de eius curatione dictũ eſt. Cæterùm vrinã prouocat pectine inuncto. Infantem mortuum expellit, ſi tres aut quatuor drachmæ

2008 Ministerio de Cultura

mæ à muliere deuorentur. Omni dolori pectoris & ſtomachi confert. Contra peſtem remedium optimum eſt, præſertim ſi ſpina dorſi inungatur, & drachmæ duæ cum vino albo bibantur. Verùm hęc facienda ſunt antequam, ſex horæ elabantur poſtquam malum apparuerit: inungi quoq; debet locus affectus. Porrò ad vulnera remedium nullum eſt, quod æquè valeat. Sanat omnẽ plagam tam antiquam quàm nouam, rupturam & percuſsionem. Ad ſpaſmum vulnerũ nõ eſt ei remedium ſimile. Virtutes denique alias infinitas poſsidet, quas prudens vir per ſe ipſe quotidiana exercitatione inuenire poterit.

## MODVS PARANDI *oleum ex cane rufo, quo exceptis alijs ſuis, quas obtinet, virtutibus monachum quendam perſanaui, qui per vndecim annos brachium ſiniſtrum aridi ligni inſtar habuit.*

Canem rubrum iuuenem, qui per dies tres à cibo abſtinuit, ſtrangulato, & ſic per quartã horis partẽ relinquito, deinde in caldarium oleo plenum integrum, vel in fruſta inciſum conijcito, & coquito, donec caro ab oſsibus ſecernatur. Quo facto, ſumito octuaginta vel centũ



2008 Ministerio de Cultura

ſcorpiones viuos, qui cũ tantùm in vaſe æreo igne vſti fuerint, donec in rabiem mutentur, in prædictũ oleum conijcito. Vermium terreſtrium, rubrorũ, & mundatorum, ſcutellam j.

Hyperici
Altheæ
Ebuli ſing. M. j.
Croci ℥. j.

Miſceantur, & coquantur omnia ſimul, donec caro prorſus reſoluta fuerit. Cũ autem multo oleo opus ſit ponãtur partes duæ aquæ, & vna olei, & cùm aqua ferè abſumpta fuerit addatur alia continuè, donec omnia perfectè reſoluta, vt dictum eſt, fuerint. Quo facto auferatur ab igne, & cùm omnia deferbuerint, herbæ & oſſa bene prius expreſſa abijciantur, deinde quod in parte ſuperiore tantùm permanſit, ſcilicet oleum & pinguedo tollatur, aquaq; in fundo relicta, ſi multa extiterit, abijciatur, ſi verò pauca, ita vt vix ab ea oleum ſeparari queat, colligatur ſimul, deinde coletur per linteũ, vino prius lotum, addaturque.

Vnguenti Agrippæ ℥. vij. aut viij.
Medullæ pernæ porcinæ ( ſing. lib. j.
Medullę aſinini cruris poſterioris
Olei roſacei, ſcutellam. j.

ponan-

2008 Ministerio de Cultura

ponantur ad ignem tamdiu, donec bullire incipiant, deinde addatur Maſticis in puluerem redacti ℥.iij.

Gummi elemi contriti ℥.ij.

Ceræ rubræ ℥.viij.

Miſceantur & coquantur per ſemihoram, deinde in vaſe aliquo optimè obturato conſeruetur, vbi prius per aliquot dies ad ſolem ſteterit. Hoc oleum non ſolùm ad omnes frigidas ægritudines valet, verumetiam ad alias multas. Nam quemadmodum ſupra dictum eſt, Anno 1547. monachum quendá Diui Onophrij qui ſiniſtrum brachiũ, neſcio qua de cauſa, prorſus ligni inſtar exiccatum habuit, curaui, quem tamen nullus medicorum antea curare potuerat. Ná cùm brachium eius hoc oleo aliquandiu inungerem ad ſolem (erat enim æſtas) atque ita ad ſolem relinquerem, vt oleũ penetraret, 50 diebus venæ brachij manifeſtè repleri incipiebãt ſanguine, parteſque nutriti: quod cum per nouem deinceps dies cõtinuarem, brachium omnino vt alterum Dei gratia repletũ fuit, ſanumque euaſit, ac ſi nunquam affectum fuiſſet. Valet etiam ad omnes dolores à frigido natos, ad podagram frigidam, ſpaſmum, omnis generis vulnera,



2008 Ministerio de Cultura

vulnera, etiam ſi quis per mediũ diſſectus eſſet, vel nerui inciſi Nam cum anno 1518 Hieroſolyma huc nauigio redirem, cuius gubernator quidam Petrus à foſſa Clodia erat, atque prope inſulam Corcyram, à piratis cum quinque Myoparonib. obruti eſſemus aliquiſque nautarum noſtrorum vehementer in brachio bombarda eſſet percuſſus, vt medicus totum brachium excindere voluerit, hoc oleo, quod tum temporis mecũ ferebam, ſtatim ei brachium inunxi: & ſic in ſeptem dieb. fuit perfectè ſanatus. Multa prę terea, tum in me ipſo, tum in alijs multis ſum expertus. Cæterùm ſic oleum fiat tempore Hyperici, ſcilicet quo floreat, folia, flores, ſemina ponenda ſunt. Si verò tempore quo herba inueniri nequit, paretur, tunc pro his, hyperici oleum ſupra dictum: ſi quidem canis decoctum prius colatum fuerit, tantum addendum erit, vt dimidię partis olei, in quo canis coctus fuerit, reſpondeat. Hoc etiam modo ſi althea deficeret, eius loco vnguentum quod Dialtheam plurmacopolę appellant, adiungi poterit. Porrò dum canis coquitur tres teſtudines terreſtres vtiliter addi queũt quoniam ſic paratum vnguentum perfectiſ-

2008 Ministerio de Cultura

ctiſsimum ad podagram erit, id quod in amico quodam meo hoc morbo ſæpius laborante ſum expertus. Nam cum laborantes partes hoc oleo inungeret, vicinas verò circum ſequenti oleo illiniret, leuamen ſe admiratione dignum aiebat ſenſiſſe. Oleum huiuſmodi extitit:

Olei canis rubri.
Roſacei ſin. ℥. ij.
Violarum ℥. j. miſce

Cæterùm cum diuerſis temporibus, quartò malum rediјſſet, terq; hoc oleo partes inunxiſſet, tribus poſtea annis, quo tempore ambo Romæ fuimus, ſcilicet 1514 nunquam rediјt morbus.

VNGVENTVM PRECIO-*ſius alijs omnibus, infinitas virtutes obtinẽs, vt infra dicetur. Quare Principes & Reſpublicæ imperare deberent, vt in præſentia medicorũ ſemper à pharmacopolis fieret, quemadmodum theriaca, vel ſaltem vt quiſque domi paratum haberet, etiam in copia magna: quanto enim antiquius, tanto efficacius euadit.*

R. Olei Roſacei
Violarum
Nenupharis
Spicę
Coſtini

Lauri-

2008 Ministerio de Cultura

Laurini
Nucis muſchatæ
Iaſmini ſing. lib. j.
Cinnamomi
Xylobalſami
Carpobalſami
Mirrhæ
Olibani
Gummi Hederæ
Maſtichini
Chariophyllorum
Caphuræ ℥. iiij. ſing. lib. ſ.

Oleum ex nuce muſchatâ, & alijs aromatum ſpeciebus ad hoc ſic fit, prius in puluerem ſpecies redigantur, deinde in oleo communi coquantur vſque ad ſufficientiam. Sed oleum ex caphura aliter fieri debet: nempe oleũ tantùm calefiat bene, & non bulliat, deinde addatur etiá caphura, & remoueatur ab igne, obturetur, ne vllo modo caphura expiret, cum valdè ſit partium tenuium, atque adeo, vt facilè exhalare queat, imò inſpecto operculo, manifeſtè caphura circum appenſa cernitur, propter tranſpirationem prohibitam. Cæterùm his omnibus addantur Olei Terebynthinæ: diſtillati ℥. xij. olei Styracis liquidi ℥. iij. miſceantur & ponantur in caldarium magnum

lon-

2008 Ministerio de Cultura

longum, & in parte ſuperiori non latū, ſed anguſtū, operculatumq́;, vt ea quæ immittuntur, bene à prędicto oleo tegantur: deinde cum ad ignem lentum poſita fuerint, adijciantur 3 ceraſtes ſerpentes, 3 aſpides ſurdæ, 3 viperæ, 3 natrices, 3 rubetę, 3 buffones, 10 Tarantulæ, ſcorpiones 50, aliaque animalia venenoſa viua, ſi qua haberi poſſunt. Quòd ſi omnia vno tempore nō adſint, ponantur ea, quę in promptu ſunt donec reliqua quoque inueniantur. Nihil nocebit, ſi menſura vini albi quoque addatur. His itaque adiectis, coquantur ad ignem lentum, caldario prius obturato, per dies ſex continuos (quòd ſi caldarium in fornacē collocari poſſet, quemadmodum pro parando ſalnitro, vel ſapone, vel lixiuio vtuntur Veneti, optimum foret) deinde poſt vnum, aut alios duos dies, cum ignis auctus, animaliaq́; venenoſa bene diſſoluta fuerint, ab igne remoueantur, & eximantur, atque per linteum in vino prius madefactum, exprimantur. His factis addatur tantū olei Hyperici ſuperius parati, vt dimidiæ parti, iam dicti olei reſpondeat olei canis rubri pars tertia, miſceantur, addaturq́ue

Florum

2008 Ministerio de Cultura

Florum Chelidonij
Hyperici ſing.quam ſatis eſt.
Salis communis M.j.
Succi Verbaſci
Dictami albi ſing.quantum ſatis eſt
Senecionis rubri
Cardui benedicti
Flor.Cardui Bened.ſing.lib.j.
Ligni aloes in pul.redacti ℥.j.

Croci.℥.j.miſceantur omnia bene, po-nanturq; ad ſolem per æſtatem integrã in plures phialas vitreas obturatas,diu-ſa:deinde pro re ſancta pretioſiſsimaq; ſeruetur. Valet enim ſuper omnia alia ad omnis generis vulnera,ſpaſmum,om-nemque plagam,nouam & veterem, fi-ſtulas,cancrum, ſcrophulas : ſi quidem luna deficiente eo inunguntur : deinde faſcijs etiã & ſtuppis obligẽtur : præte-rea ad omnis generis venena, quę ſi per os ſumpta fuerint,partes circa cor eo in-ungi debent,ſi verò morſu animalis ve-nenoſi, aut ferro venenato homo infe-ſtetur ſanguis prius ex vulnere exprimi deinde locus affectus inungi debet.om-ni deniq; dolori à frigida cauſa conue-nit, omnibusque ferè ęgritudinibus quibus remedia forinſecus adaptari queunt.

CON-

2008 Ministerio de Cultura

## CONTRA FEBREM QVARtanam remedium certiſsimum.

Sumito poculum vini Græci vel Cretici, Aſari in puluerem contriti. ℥.j. quibus cõmiſtis, & calidis ebibitis, in lectũ ingreditor, pannisq; te inuoluito, vt optimè ſudare poſsis. Cùm aũt bene diuq; ſudaueris, febrisq; ceſſaueris, decumbat an ſurgat æger, parum refert, dein ſumito

Saluiæ
Rutæ
Burſæ paſtoris ſing. p. j.
Aceti albi parum,

quibus optimè contuſis, ſupra brachij pulſus ligentur, & cum ſic per diem integram relicta fuerint, remoueantur, ac tertiò iterentur, præſertim febris acceſsione inſtante vt prius. Quibus factis fieri non poteſt, quin gratia Dei æger liberetur perfectè. Quidam enim cum ſemel tantùm hęc feciſſent, ſanitati fuerunt reſtituti, quidam cum ſecundò remedia adminiſtrarent. Atque hoc facilius certiuſque remedium pro quartana haberi non poteſt. Valet etiam ad tertianam. Cęterum quidam puluere & ſudationib. neglectis, herbis tantum vſi ſunt: quidã neglectis herbis & ſudationibus pulue-

2008 Ministerio de Cultura

puluere fuerunt contenti, tamen omnes ab hac affectione liberati fuerunt.

AD VERRVCAS FACILE

*Bonum & ſæpenumero probatum experimentum.*

R. fruſtulum auri, vel nũmum aureum, vel annulum abſque gemma igni candẽtem, vel ſi deſit aurum, ſumito ferrum vel carbonem accenſum, quo verrucas vrito bene, deinde cum lixiuio optimo eas lauato, cumq́ue ter hęc facta fuerint, R. Raphanum magnum intus euacuatum, ſaleq́; communi impletum deinde cum operculo eius clauſum, atque in catino per noctem vnam ſeruatam fuerit, inuenies ſalem in liquorem prorſus diſſolutum atque ex raphano diſtillatum: quo cum per duos dies ſæpius verrucæ lauatæ, deinde pannus in eo madefactus ſuperligatus fuerit, vel ipſe per ſe decident, vel manibus euellentur. His ablatis vnguento aureo, vel prædicto liquore partes inungendæ erũt. Quòd ſi raphanus magnus haberi nequeat, minores ſumantur, hiq́; in lata ſed maximè tenuia fruſta concidantur, atq; in patina ita collocabuntur, vt primo ordine fruſtulorũ poſito, ſal inſpergatur, deinde in ſecundo ac tertio ordine, alio ſuper alio collocatis,

2008 Ministerio de Cultura

locatis, atque ita liquor fluet: qui etiam valet ad ſurditatem, vt inferius dicetur.

OPTIMVM FACILLI-
*mumq́ue remedium ad Pleuritidem, quo, vt alios taceam, fabrum quendam ſemimortuum, duobus diebus mirabiliter perſanauimus.*

R. Pomum dulce odoratum, & flauum, ab interioribus nempe ſeminib. mundatum, atque olibano eum impleto: deinde operculo eius ſuperaddito, ſub cineribus calidis coquito, donec perfectè & & abſq́ue vſtione coquatur. Hoc pomũ in quatuor partes ſecato, ægroq́; ad comedendum prębeto. Quod cum ritè factum fuerit, ſtatim aperietur apoſtema, tum apoſtematis pus expuetur, & ſic æger liberabitur. Quoniam faber quidã, cuius dentes iam erant clauſi, vt inſtrumento aliquo, pro inijciendo pomo aperire conaremur, qui cũ iniecto pomo per ſemihoram quieuiſſet, ſtatim magnam puris copiam expuit, deinde dormiuit, cibum petijt, ſanuſq; Dei auxilio euaſit.

ALIVD.

Farinam volatilem, quę circa molatrinas hęret, cũ aqua fontana in paſtam redigito, placentasq; ſiue paſtillos efficito, tam magnos

2008 Ministerio de Cultura

magnos vt coronati magnitudini reſpõ deãt: deinde in oleo ſcorpionũ coquito, partiq; affectę ſic calidos apponito. qui vbi erũt frigidi alios calẽtes ſuper addito. Quod cùm decies iteratum fuerit, frangatur apoſtema neceſſe eſt, atque expuatur, ægerq́ue perſanetur.

ALIVD.

Panem album recentem per medium incidito, deinde vtramq; patrem, optima theriaca inungito, demũ cum optimè ad ignem calefactę fuerint, alteram loco patienti, alteram ad oppoſitã partem apponito, vt panis partes ſibi inuicem reſpondeant. Tum faſcia ligato, ne qua ratione moueri queant, ſed per diem vnũ, vel noctẽ, vel ad apoſtematis vſq; adapertionẽ maneant. Sæpenumero in vna hora, vel duab⁹, fractũ fuiſſe cõſpexim⁹. Fracto itaq; apoſtemate, panis partes auferẽdæ ſunt, ægerq; ſic collocãd⁹ vt pus è pectore optimè eijciat: quo facto dormiat ęger comedatq;, et breui ſanabitur.

ALIVD.

R. Dentem apri dextrum, ſi morb. in dextra parte fuerit, vel ſiniſtrum, ſi in parte ſiniſtra. Verùm experiẽtia compertum eſt, tam dextrum quàm ſiniſtrũ ad hunc affectum eſſe bonos. Hũc dentem

cul-

2008 Ministerio de Cultura

cultello radito, eiusq́; ʒ.s. vel ʒ.j. ſumi to, & cũ aqua hordei, vel cicerũ ruborũ vel pectorali, vel vino albo diluto ęgro to ad bibendũ dato. Hoc aũt remedium ſemper verum fuiſſe compertum eſt.

## AQVA PECTORALIS AD *Pleuritidem pectus mirum in modum mundificans.*

R. Rad. Altheę mũdat. & incis. lib. s.
Scabioſæ mundat. & herbæ lib. ij.
Cardui benedicti M. j.
Scabioſæ M. iij.
Hordei mundi lib. j. s.
Ficuum ℥. iij.
Iuiubarum ℥. iiij.
Vuarum paſſarũ enucleatarũ ℥. iij.
Pomorum odorat. inciſorũ. nº. iij.
Olibani ℥. j.
Mellis roſati vel nõ deſpumati li. s.

Miſceantur, & coquantur omnia in aqua donec omnia diſſoluantur, deinde colentur exprimáturq́; bene & fiat potio, qua continuè ęger vtatur: quanto enim plus bibitur, tanto melius. Verùm paulatim bibenda eſt, ne pręceps ad pulmones deſcendat. Poſſunt autem hac aqua ſola, vel cũ prędictis remedijs ęgri vti: nã per ſe ipſa, non ſolum pectus mundificat, verum etiam apoſtema ad ma-

2008 Ministerio de Cultura

maturationem perducit, ac frangit. Valet etiam mirabiliter ad tuſsim antiquã, & nouam, ad aſtma omniaq́ue ventriculi vitia. Hanc autem aquam à Magnifico Domino Hieronymo Ruſcello 1543 Bononiæ habui, qua etiam idem eo ipſo anno paucis admodũ diebus à tali morbo liberatus fuit abſq́ue ſanguinis detractione præcedente, alijsq; remedijs.

## AD OMNEM ORIS PALAti gulæ affectum, remedium certiſsimum.

Ex oliuarum ſolijs cum aqua plantaginis contuſis exprimatur ſuccus, quo, cũ ſolo ad quamuis oris ægritudinem vſus eſſem, ſemper perfectum, & bonum eſſe comperi. Verùm cum affectus in ore, vel palato ita vehemens fuerit vt oris partes computruerint hoc remedio vſus fui, quod ſic ſe habet.

R. Succi ſupra dicti. i. foliorũ oliuarũ
Aquæ ros. ſing. poculũ dimidiũ
Mellis ros. ℥. j.
Pulpæ caſsiæ ʒ. s. vel ʒ. j.
Aluminis vſti ℥. ij.
Tartari ʒ. j.
Sacchari albi ℥. s.
Aquę in qua bullierint radices altheæ poculum vnum.

Miſcean-

2008 Ministerio de Cultura

ſępius in die vtatur, ſanitatem procul du bio recipiet. Aliquando quoque, cùm huiuſmodi affectus eſſent vehemen- tiores adiunxi floris æris ʒ. ij. quæ etiá aqua mirabiliter ad virgæ vlcera, & ad alia huiuſmodi valet.

## AD OMNIA CRVRVM
*vlcera noua & vetera etiamſi caro ad oſſa vſque eroſa eſſet.*

R. Foliorum oliuæ
Agrimoniæ ſing. M. ij.
Roſarum ſicc. M. j.

Contundantur aliquantulum, & coquã tur non diu: deinde cum colatum fuerit, eo decocto lauentur pedes calido. Deinde.

R. Ariſtolochiæ rotundæ & longę
Maſticis
Mirrhę
Sanguinis draconis
Aloes hepaticæ
Tutię
Cucurbitæ aduſtæ ſing. ℥. j.
Mumiæ
Boli Armeni ſing. ʒ. ij.

Miſceãtur omnia, fiatq; puluis ſubtiliſſimus quo locus affectus inſpergatur: mox dictæ herbæ in vino coctæ, ſupra

 figentur,

2008 Ministerio de Cultura

ligentur, & ſic per ſex aut octo horas relictę, deinde rurſus mutatæ in paucis ad modum diebus vlcera ad ſanitatem perducent.

## AD GENVVM CRVRVMque Tumores ruborem & humiditates.

R. Reſinæ lib.ij.
Galbani ℥.v.
Muſci
Ambræ
Zibetti ſing.ʒ.j.℈.ij.

Miſceantur, ponauturque ad ignem lentum: deinde cum omnia bene liquata fuerint, addito maſticis in puluerē redacti ℥.j. miſce & fiat emplaſtrum quod calidum, ſuper alutam ſeu pellem canis, vel damæ, vel hœdi vel veruecis manus latitudinem, duarum verò longitudinē habentem diſtendatur, ac decem aut quindecim mille pedes cùm axungia procinæ fruſtulo contundantur, fiatque vnguentum: quod cum ſuper iam dictū emplaſtrū poſitum fuerit, ſub genu aut ſura applicetur per dies tres. Quod ſi multis pilis abundet æger, prius radantur, ne emplaſtrum vehementer eis inhæreat. Cęterùm ſi ablato emplaſtro, veſiculæ appareāt, aperiantur, vt aqua in-



2008 Ministerio de Cultura

de emaneat, ſiccenturq́; :deinde cum vino, in quo cocta fuerint, agrimonia folia oliuæ, roſę, plantago, lauetur & ſiccetur, demum abſterſo, & calefacto emplaſtro, rurſus vt prius applicetur. Quod cum tertio aut quarto die factum fuerit, in paucis admodum diebus perſanabitur, ita vt neque rubor, neque tumor, neque humores amplius conſpiciantur Si verò vlcus aliquod coniunctum eſſet, eo modo curandum, quo ſupra dictum eſt.

## AD ISCHIADAM REMEdium *ſæpè multisque & diuerſis regionibus probatum.*

R. Mellis deſpuma *Pro Acoro nõ calam⁹ a-*
ti li.iij. Rad. *Aco *romatic⁹ ſumẽdus ſed*
ri mundatarum & *qui hodie cõmuniter a-*
cõtuſarum lib. j. *pud ſeplaſiarios habetur*

Coquantur ad ignem lentum per horam vnam deinde remoueantur ab igne addaturq́ue cinnamomi electi in tenuem puluerem redacti ℥.j. & fiat conditum, quo ſingulis diebus, manè ſcilicet cochlearia quinque, veſperiq́ue totidẽ vtatur. Interim tamẽ prædictũ emplaſtrũ ex reſina, & millepedib. factũ ſuper loco affecto tenendũ erit per dies decẽ: deinde per alios decẽ paulò infra ponẽ-

 dum,

2008 Ministerio de Cultura

dū, & tertio adhuc magis infra per alios dies decem, quoniam ſic veſicas effi-ciet, aquoſitates omnes extrahet, doloré affectumq́ue denique auferet. Quare non ſolùm erit ſecretum vtile & rarum, ſed etiam paucis admodum cognitum. Nam contra hanc ægritudinem certum aliquod remedium, in hodiernum vſq; diem viſum fuit nunquā neq;, à recētio-ribus neque à veteribus medicis. Quòd ſi inueterata eſſet, atque his remedijs nō crederet, ſequenti inter dum clyſteri v-tendum erit, quod ſic ſe habet.

R. Maluę
Mercurialis
Fœniculi
Abſynthij
Rutæ
Cucumeris ſylueſtris ſing. M. s.
Furfuris M. ij.

Coquantur omnia vſq; ad conſumptio-nem tertiæ partis, fiat colatura, de qua accipe lib. j. & adde.

Mellis roſ. ℥. vj.
Olei chamomil.
Rutacei ſing. ℥. j. s.

Miſce & fiat clyſter. Quo accepto, poſt duos dies alium, deinde poſt tres alios dies rurſus aliū, poſt quatuor aliū, atq;

2008 Ministerio de Cultura

ſic die vno ſuperaddito, ad menſem vnũ procedendum. Quod ſi dolor etiam hæreret, neq; à prędictis remedijs aliquod leuamen ſumeret, primò poterit vti die tertio, deinde quarto, deinde quinto, infra ſcriptis pillulis vſque ad ſextum & ſeptimum. Pillulæ autem neque ventrẽ perturbãt neq; alia victus ratione opus erit, niſi quòd abſtineat à ſalſis, acetoſis, leguminibus, vino albo, & aqua. Quibus bene adminiſtratis, multi à dicto emplaſtro ſolo ſanati fuerunt, multi ab emplaſtro & condito ſimul. Duos tantùm ſenes, & longo tempore affectos habui, qui clyſterijs pillulisq; opus habuerũt, quibus cum vſi eſſent, perfectè ſanitati reſtituti ſunt. Cæterùm cum primorum alter, cuius os, quod iſchium appellant, à ſua ſede propter callum intus contractũ remotũ erat, ſolo emplaſtro & condito vſus fuiſſet in 70. diebus perfectè ſanus factus eſt. Verùm nõ ſolùm, (quẽ admodum poſtea ab eo intellexi) emplaſtro & condito vſus fuit, ſed etiam terebinthia aqua, borraginis lota alternis diebus me neſciente, quam monacha quædam ei conſuluerat.



2008 Ministerio de Cultura

## CATAPOTIA SIVE PILlulæ mirandæ virtutis contra iſchiadem.

R. Maſſæ pilularum alephanginarum
Hermodactil. maior.
Minor. ſing. ℈. j.
Salis gemmæ gr. iij.

Miſce & cum ſyrupo roſarum fiant pillulæ v. quibus vtatur, præſertim in morbi principio, ſingulisquaternis diebus: in declinatione verò ſingulis quinq; diebus, deinde ſingulis ſex, mox ſingulis ſeptem, quo vſque opus fuerit. Sunt autem ſumendę ſtomacho ieiuno, deinde poſt ſex horas cibandi ſunt ægri. Cęterùm nulla alia victus ratione opus habebunt, niſi vt abſtineāt à vino albo, aqua, cibis ſalſis, leguminibus, cæpis & huiuſmodi pręſertim ſi morbus vehemēs inueteratus ſit.

## AQVA LVCIDA ET ODOrata ad omnis generis ſcabiem quinq; diebus quauis illuſtri fœmina & regina digna.

R. Aquarum Plantaginis pocul. ij.
Roſarum pocul. j.
Flor. Mal. Arantiorum pocul. s.
Argēti viui ſublimati ac in puluerē redacti ℥. j.

Miſcean-

2008 Ministerio de Cultura

Miſceantur, & coquantur omnia lento igne per quartam horæ partem, deinde remoueantur ab igne, & cum deferbuerint, in phialam aliquam conijciantur: demum partes ſcabie infectæ, alternis diebus ſemel lauentur & per ſe ſiccari permittantur. Cùm verò tertiò partes lotæ fuerint, videbis primam & ſecundā lotionē, omnem ſcabiem foras extraxiſſe, tertiam verò partes exiccaſſe ſanaſſeque. Quare ad ſcabiem, remedium melius, faciliusque non erit, præſertim cum neque vnguentis fœtidis, neque balneis, neque purgationibus vt communiter omnes facere ſolent, opus non ſit. Hæc etiam aqua cuti candorē conciliat atque cum omnes humores vitioſos, ſalſos & putridos à profundo corpore extrahat, veriſimile quoque eſt, eam ad morbum Gallicū, podagrā aliaq; huiuſmodi per multa vim habere præſertim cum argentum viuū ſublimatum ad carnem non ſolum putridam optimum ſit remedium, verumetiam ad alia vlcera inmedicab. vt infra dicetur.

REMEDIVM AD LATE-
*rum ſiue lumborum dolores in multis, tam viris quam mulieribus probatum.*



2008 Ministerio de Cultura

Quoniam cùm renum calculus, cũ hoc dolore ſemper coniunctus videatur, optimum erit, vt quis continuè his duobus præſeruatiuis ſequentibus, quæ quiſq; per ſe parare poterit, vtatur. Quorũ primum eſt amygdalarum amararũ, vel nucleorum perſicorũ commeſtio, quibus ſi quis ieiuno ſtomacho quotidie quinque aut ſex cum ſale & pane vtatur, non ſolùm à lumborum doloribus, verùm etiam, ab ebrietate, apetitu poſtrato, pectoris, ſtomachi ægritudinibus vermibusq́ue tutus erit. Secundum verò eſt, quotidiana cómeſtio Arthemiſiæ ſimul cũ alijs cibis: quæ vltra etiá ſuas quas ad lũborum dolores renũq́ue calculos, virtutes obtinet, humano corpori amica eſt. Hæc herba cum ſemper recens haberi nequeant ſiccanda, vel in puluerem redigenda, vel diſtillanda erit, quidem ſemper bona eſt. Verùm ſi quis quacunq́ue ex cauſa laboret, optimum erit vti ſequentibus clyſterijs qui huiuſmodi ſunt.

R. Stercoris aſini, nigri vel cinericij recentis quantum ſatis eſt
Aniſi
Furfuris ſing. M. j.
Olei chamomillini ℥. ij.

Caparo-

2008 Ministerio de Cultura

Caparorum ℥.j.

Miſceantur & coquantur & omnia parũper in vino, deinde coletur, exprimatur omnis ſubſtantia, & fiat clyſter, quo calido vtatur, & ſanabitur.

ALIVD PROBATVM.

R. Succi de Berberis, vel Rob de Berberis, poculum dimidium. Corralliorum rub. in puluerem redactorum ʒ.j. miſce & bibendum dato.

ALIVD PERFECTVM ET

*Ad vrinæ retentionem à calculo, etiam ſi quis morti eſſet vicinus, tamen vrinam ſtatim prouocans calculoſque magnos in decem aut duodecim diebus frangens.*

R. Pulueris Virge aureę cochleare vnum, & cum ouo ſorbili ſumito ſtomacho ieiuno, deinde poſt quatuor horas cõmedat, & abſque dubio poſt dimidiã horam vrinam reddet. Quod cum vt dictum eſt, per decem aut duodecim dies continuauerit, calculos omnes franget, eijcietque abſque dolore.

ALIVD PRAESTAN.

*tius pro calculo, & alijs rerum affectionibus.*

R. Folio-

2008 Ministerio de Cultura

R. Foliorum quercus ℥.iiij.
Saxifragę lib.ſ.
Baccarum lauri ℥.v.
Lappę capitulorum
Sem. Violarum ſing. lib.j.

Miſceantur omnia atque in tenuiſsimũ puluerem redigantur. Deinde ſumito leporem ſtrangulatum, atq; in cinerem combuſtum, miſce omnia & fiat puluis. Valet autem ad renum calculos, alioſq; affectus eorum mirum in modũ, ſi quis per aliquot dies ſtomacho ieiuno ſumat ʒ.ſ. vel ʒ.j. cum vino albo. Verùm ſciendum, maiorem copiam pulueris eſſe ſumendam pro calculis, quam pro arenulis.

## ALIVD OPTIMVM ET *perfectiſsimum remedium tam pro renum calculo quàm veſicæ.*

In Maio ſuper campos ſumito ſtercoris bouis, neque nimium recentis, neque etiam nimium ſicci, quantum ſatis eſt, quod cũ igne lento dſtillatũ fuerit, aqua exibit inſipida atque inodorata, quæ etiã ad lentigenes & alias faciei maculas valet, modò manè & ſero ea lauentur. Deinde ſumito raphanos minutatim inciſos, & in vinum Græcum, Creti-
cum

2008 Ministerio de Cultura

cum aut album bonum inijcito, mox ad ſolem per diem aut noctem ponito. Quibus factis

R. huius vini

Aquæ ſuperius diſtillatæ ſing. ℥.ij.

Aquę fragariæ ℥.j.

Succi limoniorũ iij. aut iiij. guttas

Pulueris ſuperius, in cap. preced. pręparati ʒ.s. vel ʒ.j.

Saccharis vel mellis roſ. quantũ ſatis, et fiat potio, quæ mirabiliter ad calculos comminuendos valet. Nam aliqui hac potione vſi circiter horam dimidiá tot lapillos vnà cum vrina excreuerunt, vt ſimul iuncti, nucis magnitudinem referrent. Nobilis quidem Mediolanenſis, quem medici omni ſpe fruſtrati, ſecare volebant, cùm hac mea potione vſus eſſet, in dicto temporis ſpatio, tot lapillos eiecit, vt ſimul coniuncti, oui magnitudini reſponderẽt. Tertio verò die cum potionem auxiſſet, paulò pòſt maximo cum dolore lapidem æquè vt faba magnum, vnà cum vrina excreuit. Equidem ad hanc ægritudinem remedium ſecurius, facilius atque melius haberi non poteſt, quamuis infinita ad hunc affectum remedia habeantur. Cæterùm prædictæ aquæ &



2008 Ministerio de Cultura

pulueres, diu conſeruari poſſunt, præter vinum raphanite, & succũ limoniorum, ſiquidem facilè putreſcunt.

REMEDIVM CONTRA *ſanguinis per os reiectionẽ propter venã aliquam in pulmone ruptam.*

R. Stercoris muris cõtriti ℥.s. vel ℈.ij.
Succi plãtaginis poculum dimidiũ.
Sacchari parum. miſce, & fiat potio in aurora ſtomacho ieiuno, & veſperi in lecti introitu danda: qua ſi per aliquot dies vſus fuerit æger, ſanabitur.

AD PHTHISIM REMEDIUM *dium probatum & facilè.*

R. Tuſsilaginis
Lardi procini bene contuſi
ſing. quãtum ſatis eſt.
Ouorum recentium. n°. j.
Miſce & coque pro placenta, qua cũ per noué dies mane vſus fuerit ęger effectũ admiratiõe dignũ videre licebit. Valet etiã ad impinguãda corpora macilenta.

AD LATERVM LVMBO- *rum, renum, omnemque alium dolorem illico tollendum*

R. Pinguendinis Gaponis
Gallinæ
Anſeris
Anatis ſing. ℥.v.

Olei

2008 Ministerio de Cultura

Olei roſacei ℥.iiij.

Butyri ℥.s.

Miſceantur & ad ignem liquefiant, dein de colentur addanturq́ue.

Styracis liquidi ℥.vj.

Ceræ rubræ ℥.ij.s.

Miſce bene & fiat vnguentũ, quo calido pri⁹ ſup̱ linteũ poſitovtitor, & ſanaberis

## AD ORIS ET ANHELItus tetrum odorem.

R. Foliorum & florũ Roſmarini quantum ſatis eſt.

Mirrhæ

Cinnamomi

Belzoini, ſeu aſſę odoratę ſing. parũ

Miſceantur & coquantur, in vino albo, & fiat decoctum, quo ſæpius lauetur os.

## AD RABIDI CANIS MORſum & ad maniam, quæ ex eo ſequitur, remedium.

R. Cardui ſylueſtris in vmbra ſiccati, & in puluerem redacti ℥.s. & cum vino albo ægroto ad bibendum dato tribus vicibus, & perſanabitur.

## AD CARNEM PVTRIdam in naribus natam rarum & bonum.

R. Succi porrorum non plantatorum, quantum ſatis eſt.



2008 Ministerio de Cultura

Tartari in puluerem cõtriti, parum
Ceræ viridis, quantũ ſatis eſt, & fiat
vnguentũ, quo ſæpiꝰ vtatur, & ſanabitur

## AD CASVM EX ALTO LOco, etiam ſi periculum ſit ruptionis partium internarum.

R. Olei communis poculum s.
Seminis naſturtij in puluerem redacti ʒ.s.
Miſce, atque ægro bibendum præbeto. Verùm melius eſt, vt antequam hanc potionem ſumat, venam prius ſecet. Quod ſi ab oleo abhorreat æger, ſumat prædictum puluerem cum vino. Cæterùm ſi forinſecus tumores à caſu, liuidi appareant, vel caro contuſa videatur, inungantur oleo roſaceo, deinde ſequẽs puluis ſuper inſpergatur, quod ſic ſe habet.
R, Foliorum myrthi
Roſarum ſing. quantum ſatis eſt.
Miſce & in puluerem redigito, quo vtitor, vt dictum eſt.

## AD SCROPHVLAS REmedium facile & bonum.

R. Tuſsilaginis, cũ ſuis radicib. cõtuſis
Farinę ſeminis lini ſing. quãtũ ſatis
Pinguedinis porcini maſculi (eſt
Miſce & fiat emplaſtrum, quo bis in die vtitor & videbis ſcrophulas per ſudorem

2008 Ministerio de Cultura

rem reſolui. Quibus reſolutis, locus cũ vino calido lauetur per decem, aut quindecim dies: & eſt probatum.

## ALIVD AD IDEM.

R. Teſticulorũ equi in puluerem combuſtorum ℥. s. & cum vino albo ægro dato bibendum per dies xxj. & ſic per os morbum eijciet, & ſanabitur

## VT SCIAS AN MVLIER *conceptioni apta ſit, certiſsimum.*

R. Coagulum leporis aliquantulum, & diſſolue in aqua calida, mulieri dato bibendũ ſtomacho ieiuno in balneo aquæ dulcis, quæ ſi in ventre ſentiat dolores, apta erit conceptioni, ſin minus, ſterilis cenſebitur.

## AD STRVMAS IN QVINquaginta diebus, ad ſummum abſumendas rarum.

R. Spongiæ vſtæ lib. s.
Piperis grana. 200.

Redigantur in puluerem, deinde coquãtur in vino albo, in quo radices ebuli coctæ fuerint, coletur & phiala vitrea obturat in loco frigido ſeruetur. Quando autem hoc vti volueris, ſumito hu9 vini in aurora poculum vnum, à prandio aliud, veſperi aliud, ita vt ter in die ſumas.

2008 Ministerio de Cultura

ſumas. Interim tamen pane hordeaceo vtendum erit, & vino puro, non aqua diluto, præterea ab omni genere olerũ, piſcibus, iuſculis, & alijs huius generis abſtinendum. Verùm hæc omnia fieri debent luna decreſcente vſque ad nouam, deinde rurſus decreſcente vſq; ad ſecundum nouilunium, & ſic in 45 diebus perſanabitur.

ALIVD AD STRVMAS.

R. Chamomillæ in puluerem contritæ
Mellis ſing. quantum ſatis eſt.

Miſce, De hoc ſumito bis in die cochleariũ vnũ ſcilicet manè & veſperi, vt ſenſim & per ſe deſcēdat. Interim tamē victus rationē obſerues, vt antea dictum.

ALIVD VERVM ET
*probatum.*

R. Polipodij caſtanei, vel quercini in puluerem cōtriti ℥.j. & cũ vino vel melle bis in die bibendũ dato. Sunt aũt hæc luna decreſcēte faciēda per dies 21. obſeruata & victus ratione competenti.

AD RESTITVENDAM EX
*tendendamque cutem ſtrumis ablatis.*

R. Baccarum ex roſis.
Aluminis
Balauſtij ſing. ℥.j.

Co-

2008 Ministerio de Cultura

Coquátur in aceto albo vſq; ad cõſumptioné medietatis, deinde addatur Sumach. ℥.s. & iterũ coquátur, donec acetũ ferè conſumptum fuerit: quibus deniq; ab igne remotis, partes inungantur.

## AD ANGINAM TRIA *remedia certiſsima.*

### PRIMVM.

R. Aquæ Scabioſæ lib. j.
Vitæ ℥. j.

Quibus miſtis & ſuper affectum locum poſitis, in tribus horis ſanabitur.

### SECVNDVM.

R. Cineris hirundinum combuſtorum quantum ſatis eſt, & ſuper affectam partem ponito ſi fieri poteſt, vel ſi non, parum mellis & amyli addito, & ſumito per os, vt paulatim deſcendat.

### TERTIVM.

R. Olei Vitrioli Romani, guttas tres quibus in vinũ iniectis, fiat gargariſmus.

## AD SCROPHVLAS REmedium optimum.

R. Ceruſſæ optimæ contritæ ℥. iiij.
Olei communis ℥. viij.

Coquantur ſimul per quinque aut ſex horas donec egregiè nigreſcát, miſcendo continuè, deinde remoueantur ab igne, & fiat vnguentum, quòd cum ſuper



2008 Ministerio de Cultura

per plagulam aluteam, aut linteam expanſum & applicatum fuerit, ſcrophulæ, ſiuè integræ, ſiue ruptę antea fuerint, curabuntur.

AD SCROPHVLAS ALIUD REMEDIUM *ore ſumendum.*

Sumito gallinam à plumis & viſceribus mundatam quam coquito in aqua abſq; ſale donec caro ab oſsibus ſecernatur, quibus deinde in fornace aliqua abſque vſtione ſiccatis & in puluerem contritis addito ſeminis ſeſami in puluerē redacti tantundem, miſce & fiat puluis ſubtiliſſimus, quando autē quis vti volet, ſumat cochleare vnum, cū melle, bis in die, manè ſcilicet, & cum cubitū it. Verùm hæc facienda, & incipienda à plenilunio vſq; ad nouilunium. Quòd ſi ita inueteratæ eſſent ſcrophulæ, vt eo puluere non curarentur, ſequenti quoque oleo forinſecus vti poterit, quod ſic ſe habet.

R. Cęcā ſerpentē, quę Cęcilia dr̄, vnā
Olei communis quantum ſatis eſt.
Coquantur optimè vſque ad diſſolutionem ſerpentis, fiat oleum quo inunguntur ſcrophulæ.

AQVA COELESTIS PLV*res et notabiles virtutes obtinens, vt infra dicetur.*

R. Ga-

2008 Ministerio de Cultura

R. Gariophillorum
Nucis muſchatæ
Gingiberis
Zedoariæ
Piperis longi
Nigri
Granorum iuniperi
Cort. mali Arantij
Florum ſaluiæ
Ocymi
Roſmarini
Maioranæ
Menthæ
Baccarum lauri
Pulegij
Gentianæ ſing. ℥. j.
Calamenthi
Florum ſambuci
Roſarum albarum, & rubrarum
Spicæ nardi
Ligni aloes
Cubebarum
Cardamomi
Cinnamomi electi
Calami aromatici
Stychados
Chamedyos
Chamepytheos
Melligettæ

Maſti-

2008 Ministerio de Cultura

Maſticis
Thuris maſculi
Aloes hepaticæ ſing.℥.j.
Sem.Anethi
Matricariæ
Ficuum
Vuarum paſſarum
Pulpæ dactilorum
Amygdalarum dul.
Pinei nucleorum
Mellis candidi ſing.℥.vj.

Sacchari albiſsimi ad pondus om. Aquæ vitæ quinque dies diſtillatæ, tantundē. Miſceantur omnia & ponantur in cucurbitam vitream bene obturatam, per dies duas, deinde alembico ſuperimpoſito, diſtillentur igne admodum lento, & exibit aqua perlucida & pretioſa, quæ cum colorem mutare, albaque exire incipit, auferatur à recipiente. Valet autem hæc ad faciem dealbandam, lentigines & alias faciei maculas expellendas, ſi quidem facies per dies quindecim ea lauetur. Sumito igitur primam aquam lucidam, cui adde aquæ vitæ, quam Matrem Balſami vocant, tantundem: miſce, & cum in cucurbita vitrea bene clauſa, per duos dies ſteterint, diſtillentur igne perlento, & exibit aqua primò lucida, odorata

2008 Ministerio de Cultura

odorata, quæ auferri, ac ſeruari debet. Poſt verò hanc alia exibit aqua, ſimilis aquæ pluuiali, quæ cum exierit (id autem cognoſcitur quando rubra apparere incipit) ſimiliter tolli, ac conſeruari, vt prima. Quæ cum omnis exierit, tertia quæ ſanguini ſimilis eſt, colligenda ac diligenter in phiala vitrea conſeruanda pro re pretioſiſsima. Nam nobiliſsimas virtutes in ſe continet, quarum hæ præcipuę ſunt. Valet enim ad vulnera recentia mirum in modum ita, vt ſi parum huius aquæ infundas, alio remedio opus non ſit. Præterea vulnera antiqua, cancrum, lupam, noli me tangere, & id genus alia, in quindecim, aut viginti dies curat, modò alternis, vel tertio quoque die ea quis inungatur. Curat, & extinguit carbunculos heryſipelata, ſeu ignem ſacrum, & omnem affectum peſtilentialem ad terminum horæ vnius. Ad omnem oculorum ægritudinem, modò oculus non ſit perditus valet mirabiliter: nam quindecim diebus eas perfectè ſanat. Verum eſt, quòd oculis primo occurſu dolorem infert, ſed cum ſtatim ceſſet, nullum ijs periculum adfert. Cæterùm tam renum quàm veſicæ calculos frangit modo ℥. s. vel ℥. j.

vel

2008 Ministerio de Cultura

vel cum vino albo, vel iure cicerum ſumat æger. Sanat hæmorrhoides ſi ſingulis diebus partes ſemel inungantur. Valet inſuper ad matricis ſuffocationé, ad colicam paſsionem, ſi quidem cochleare vnum cum iure gallinarũ, vel braſſicæ bibatur, nam ſubito dolores aufert. Neruos conuulſos induratos ſtatim perſanat, ſi ea lauẽtur. Ad lippitudinem oculorum lachrymas mirificè valet, ſi gutta vna manè in aurora ijs infundatur. Scabiem morpheam, & id genus alia curat, ſi partes aliquando ea lauẽtur. Omnem præterea affectum aurium, & dolorem, vermes quoque in eis contentos occidit, modò manè aut veſperi guttula aliqua in aures inijciatur. Contra morſum venenatorum plus valet quàm Theriaca ſi locus affectus illinatur: omnis item generis vermes in corpore humano occidit, & eijcit, ſi prius nares inungantur, deinde parũ etiam per os ſumatur. Valet denique ad omne vulnus venenoſum, omnia immedicabilia, ſcrophulas, ad omnes alias ægritudines extrinſecas, modò lauari poſsint, & per os ſumatur aqua: ad omnem corporis frigidam intemperiem, ad reſtaurandos ſenes, & qui fame, morbo, animi ægritudine cóſumpti ſunt

Ad

2008 Ministerio de Cultura

Ad conſeruandum humidum radicale, calorem innatum, iuuentutem, ſanitatem, vitam longam, modò ritè hac vtantur.

REMEDIVM RARVM ET *perfectum, quod ſanat fatuos, ſiue à cerebri aliqua ægritudine, ſiue aliquo veneficio ſic redditos.*

Primò per quatuor dies vtatur quatuor ſequentibus clyſteribus, quorum primus ex ſurfure, ſale & oleo factus eſſe debet: Secundus ex aqua, in qua cocta fuerint malua mercurialis, parietaria, violæ oleo & ſale. Tertius ex aqua, oleo, ſale, ſapa, & melle. Quartus & vltimus, ex aqua, ſale, oleo, ſapa, melle, endiuia, bugloſſa, ebuli folijs, quæ ſatis cocta fuerint, fiat, colatur, de qua accipe lib. j. cui adde pulpæ caſsiæ ℥.j. mythridati ʒ.j. & fiat clyſter, quarto & vltimo die ſumendus. Quibus adhibitis, ſequenti medicina vti conuenit, quæ ſic ſe habet.

℞. Polipodij quercini contuſi optimè M.j. aut ij. & fiat inde ſuccus de quo ſumito ℥.iij.

Mellis roſ. ℥. ij.

Electuarij roſ. Meſ.

Dia-

2008 Ministerio de Cultura

Diaphœnicos ſing.℥.ij.

Miſce & fiat potio, in introitu lecti ſu-mendа. Qua ſumpta ſi ſit hyems curan-dum, vt aliquandiu in lecto maneat æger pannis bene coopertus: ſi verò æſtas, nihil nocebit ſi deambulet, modò ædes non egrediatur. Verùm ſi hanc ſumere æger nollet, vi cogendus erit. Cæte-rùm his omnibus factis, vnguentum conficiendum erit huiuſmodi.

℞. Succi rad. Ebuli
Butyri recentis ſing. lib.j.s.

Coquantur ſimul donec ſuccus ferè fue-rit conſumptus deinde adde.

Olei chamomillæ
Roſacei
Hyperici

Miſceantur omnia bene, & fiat vnguen-tum, quo inungatur æger totus, à collo vſque ad pedes, bis in die, manè ſci-licet & veſperi, continuando per men-ſem vnum. Porrò quarto ab inunctio-nibus die, fiat cauterium iuxta capi-tis commiſſuram, ſuper quod plagula cum axungia porcina conijciatur per octo vel decem horas, ſed hoc in princi-pio faciendum, deinde cicerem impo-nas, deinde folium hæderę, deniqu- plagulam, & ligentur, ne aliquo modo dec-

2008 Ministerio de Cultura

decidant. Verùm hæc bis in die nempè mane, & veſperi commutanda veniunt. Quòd ſi æger à prædictis non perſanaretur, iterentur omnia vt prius, & fieri haud poterit, quin gratia Dei perfectè curetur. Equidem ratio quoque victus hic obſeruanda venit, quod fiet ſi vtatur carnibus vitulinis, veruecinis, pullorum, caponum &c. & maximè aſsis, ouis recentibus, iuſculis carnium. Ex oleribus eligenda ſunt, borrago, bugloſſa, ſpinachia, malua, betonica, ſaluia, maiorana, mentha. Ab omni genere leguminum abſtineat, quemadmodum ab omnibus ſalſis, acetoſis, & ſimilibus. Vinum bibat album odoriferum, aqua dilutum. Vitet triſtitiam, mœſtitiam, iram, timorem & omnes animi affectus. Audiat inſtrumenta muſica, & omnia, quæ animum recreare poſſunt. Sæpenumero ab aliquo prudenter reprehendatur, propter falſas eius animi impreſsiones quod melius à muliere formoſa, prudenteque fieri poteſt, quibus magis pudore affici ſoleant huiuſmodi homines.



2008 Ministerio de Cultura

PILLVLAE MICHAELIS *Scoti, ad capitis antiquum dolorem, quæ cerebrum purgant, viſum clarificant, memoriam conſeruant, colorem faciei bonum reddunt, valent præterea ad multas alias ægritudines.*

R. Aloes lotæ ℈.iij.
Rad. Cucum. ſyluestris
Mirabolanorum omnium
Diagridij
Maſticis
Baccarum lauri
Roſarum ſing. ʒ.s.
Croci ℈.j.
Mirrhæ ℈.s.

Miſceantur omnia, atque in tenuiſsimũ puluerem redigantur, deinde cum ſucco braſsicæ fiant pillulæ, de quibus ſingulis quaternis diebus ſumito tres aut quatuor, à cœna in introitu lecti.

AD MAMILLARVM AE*gritudines, doloresque, remedium optimum & probatum.*

R. Vitellorum ouorum n°.ij.
Ceræ nouæ
Tutiæ præparatæ
Olei roſacei ſing. parum.

Miſceantur & liquefiant ad ignem, & fiat

2008 Ministerio de Cultura

ſiat vnguentum. Verùm antequam hoc vnguento vtantur mulieres, oportet vt prius mamillarum capita vino albo, in quo cocta fuerint roſarũ folia, plantaginis, oliuarum lauentur, deinde cũ bene ſiccata ſint, ſuper linteũ vnguentum expandatur, appliceturq́; , & ſanabuntur.

## AD MATVRANDOS INguinum Bubones aliarumq́ue partium.

R. Medullæ panis
Vuarum paſſarum contuſarum
Butyri
Axungiæ porcinæ
Fermenti
Lactis vaccini ſing. quantũ ſatis eſt
Croci parum

Miſce & fiat vnguentum, quo bis in die vtatur, & citò aperietur. Verùm in ea parte, in qua ruptionem vel apertionem fieri cupis, parum croci ſuperponito. Cæterùm rupto apoſtemate, vlcus vnguentis mundificantibus deinde conſolidantibus curandum erit.

## AD REPELLENDOS INguinum Bubones ita vt euaneſcant, modò in principio ſtatim fiat.

Sumito ſtuppá in vrina madefactam, &



2008 Ministerio de Cultura

deinde expreſſam ſaleq́; aſperſam, & calidam affectæ parti ſuper ponito, deinde dimidiá parté Citri aut Arantij mali ſuperaddito. Quod cum bis in die factú fuerit, paucis diebus euaneſcet tumor.

## EMPLASTRVM AVREVM

*ad vulnera, quod admirandæ eſt virtutis.*

R. Picis græcæ
Sulphuris
Olibani albi ſing. part. j.

Miſceantur, conterantur, & cum albuminibus ouorum fiat emplaſtrum, quod cum ſuper pergamenum expanſum, vulnerumq́ue labra bene vnita, & ſanguis abſterſus fuerit, vulneri applicetur, faſciaq́ue obligetur. Hoc remedium chyrurgicus quidam Neapolitanus cú diu abſcondiſſet, tandemq́ue ipſe vulnus recepiſſet, & per alium quendam parandum curauiſſet, cognitum fuit.

## SECRETVM EX INDIA

*allatum, ad ægritudines diuerſas probatum.*

Carduus benedictus valet (modò edatur) ad omné capitis dolorem, auditum exquiſitum, memoriam conſeruat, curat vertiginem, cerebrum, viſum confortat non ſolùm eſus, verùm etiam in oculos

2008 Ministerio de Cultura

los poſitus. Purgat ventriculum, pituitam, appetentiam excitat, pectus dilatat, catharrum conſumit, ventris dolorem aufert. Vino ex eo paratum, vel aqua vitioſos humores conſumit. Si verò edatur, ſanat lienis affectiones, calculos renum comminuit, ad flatus apoſtemata, ſi per clyſteres inijciatur, peſtilẽtiam prȩſertim, ſi ſubitò, vel aliquantulum eius ſucci, vel pulueris bibatur.

Sanat etiam vlcera, vulnera non mortalia tribus diebus, ſi lana eius, ſeu bombyx ſuper applicetur. Oris halitum fœtentem emendat, gingiuas, denteſque confortat, ſiquidem mandatur. Valet ad vteri ſuffocationes, cor lætificat. Cæterùm cum infantis vrina fiant clyſteres, ſanat morbum comitialem, laterum ſeu lumborum dolores, ſi cum vino albo bibatur. Porrò ſi cum aqua bibatur tribus aut quatuor horis ante febrium acceſsiones, deinde æger ſudet, febres perſanat. Ad ramicem & morſum omnium animalium venenoſorum prodeſt.

## AD TVSSIM RECENTEM *& antiquam optimum & tutiſsimum.*

R. Sulphuris contriti ℥.s.
Belzoini ſeu aſſæ ℈.s.

 Miſce,

2008 Ministerio de Cultura

Miſce, & in tenuiſsimum puluerem redigito, ſumitoq; cum ouo ſorbili. Quòd ſi cum per tres dies, & bis in die manè ſcilicet, & veſperi, cum dormitum it, continuauerit, ſanabitur.

## SYRVPVS AD TVSSIM,

*Pectoriſque anguſtiam optimus, qui & ventriculum mundificat, vocem coloremque faciei emendat.*

R. Liquiritiæ
Hyſſopi
Saluiæ
Roſmarini
Cardui Benedicti
Ficuum
Vuarum paſſarum
Amyli ſing. quantum ſatis eſt.
Cichorij cum ſuis rad. M. j.

Miſceantur & coquâtur omnia in aqua fontana per horam vnam, deinde exprimantur omnia bene, colentur, cuiq; addantur radicum altheæ mundatarum & contuſarum lib. ij. vel iij. & iterum coquantur per horas tres aut plus, deinde colentur, addaturq; tantũ mellis, quantum colatura appenderit, quod cum aliquandiu coctum & deſpumatum, deinde

2008 Ministerio de Cultura

de ab igne remotum fuerit, adiungatur

Cinnamomi electi ℥.j.

Belzoini ſeu aſſæ odoratæ ʒ.ij.

Muſci parum

Miſce & fiat ſyrupus, quo ſi quis vtatur per hyemem, atque bis in die mane ſcilicet & veſperi ad duorũ aut trium cochleariũ menſuram, calida à tuſsi catharro atq; alia ſimili ægritudine curabitur.

## VNGVENTVM AD TVSſim verum & facile.

R. Alliorum n°.iij.

Axungiæ porcinæ quãtum ſatis eſt.

Contundantur optimè & fiat vnguentum, quo inungantur pedum plantæ ad ignem veſperi cum itur dormitũ, deinde in lecto inungatur aliquantulum etiam ſpina dorſi. Quod cum per tres dies continuos factum fuerit, liberabitur ab omni tuſsi vehemẽti æger. Poteſt etiam vti æger prædicto ſyrupo vel alia pectorali decoctione tam in prandio quàm cœna & alijs temporibus.

## AD VLCERA VETERA putrida, incurabilia facile & bonum, quod vno aut altero die ſanat.

R. Terebinthinæ ter lotæ, primò aqua



2008 Ministerio de Cultura

fontana, deinde roſarum, aut plantaginis ℥.iij.

Vitelli ouorum n°.j.

Olei roſacei ʒ.j.s.

Argenti viui ſublimati ʒ.s.

Miſceantur omnia optimè, & fiat vnguentum, quo vtitor. Quoniam autem aliquantulum trahit hoc vnguentum, tale defenſiuum faciendnm erit, vt.

Olei roſacei ℥.ij.

Aceti ℥.s.

Boli Armeni parum.

Miſce, & inunge partes circum vlcus ad quatuor aut ſex digitos. Interim tamen membrum in quo vlcus conſiſtit, prope ignem poſitum eſſe oportet: quo fiet vt æger dum caro à medicamento exeditur, dolorem notabilem nō ſentiat. Cæterùm cum iam omnem carnem putridā exederit, butyro inungēdum erit vlcus per diē vnū, & videbis effectū mirabilē.

CONTRA PESTEM SAE-
*pius probatum.*

Sumito cæpam vnam, quę cū per mediū inciſa, excauata, & optima deinde theriaca impleta fuerit, coquatur ſub cinerib. in linteo madefacto, deinde auferatur, & ſuccus exprimatur, de quo ſumat æger cochleare vnum, & ſtatim perſanabitur.

CON-

2008 Ministerio de Cultura

# CONTRA PESTEM
## *ſuffimentum.*

R. Thuris
Macis
Abſynthij
Mirrhæ
Ligni aloës
Ocillietri
Narcaphthi
Muſci
Ambræ
Nucis muſchatæ
Myrthi
Maſticis
Cupreſsi
Lauri
Roſmarini
Saluiæ
Roſarum
Sambuci
Gariophillorum
Iuniperi
utæ
ucis
eſinæ ſing. part.j.

Miſceantur & in tenuiſsimũ puluerem conterantur, & ſuper carbones accenſos conijciantur, fiat ſuffimentum.



2008 Ministerio de Cultura

## AD PESTEM REMEDIUM OPTIMUM.

Sumito pulueris baccarum lauri excorticatarum cochleare vnum cum aceto & aqua tepida, maximè ſi febris ſit ardens, deinde dormiat, ſudetque & ſanabitur. Verùm ſi febris non fuerit ardens, ſed cum rigore inuaſerit, puluerem cum vino accipiat.

## ALIVD.

R. Dictamni albi
Tormentillę
Corall. alb.
Gentianæ
Boli Armeni
Terræ ſigillatæ ſing. quant. ſatis.

Miſce & fiat puluis, cui adde
Aquarum endiuiæ
Rutæ
Roſarum
Scabioſæ
Aceti albi

Miſce omnia, & fiat potio, ſumenda tepida antequam quatuor horæ euaſerint, deinde maneat in lecto & ſudet.

## CONTRA PESTEM ANTIDOTUM PRÆSERUANS.

R. Dictamni albi
Ariſtolochiæ rotundæ

Gar-

2008 Ministerio de Cultura

Carlinæ, ſiue Hormini
Verbenæ
Gentianę
Zeduarię
Cornu Ceruini ſing. ℥.j.
Rutæ M.j.

Contundátur parũ, ponanturq́; in phialam vitreã magnã ſuperinfundendo vini albi optimi mẽſuras quatuor aut quinq;, relinquaturq́;. Peſtis autẽ tẽpore de hoc vino ſumito poculum dimidiũ, ſingulis diebus manè in aurora, vbi prius nucem & ficum cum duobus aut tribus folijs rutæ ſumpſeris, & pręſeruaberis à peſte

## EMPLASTRVM APE-
*riens peſtem.*

R. Olei communis quartam. j. s.
Ceruſſæ contritæ ℥.iiij.
Lithargyrij cribrati ℥.iij.
Ceræ ℥.iiij.

Miſceantur & coquãtur, deinde ab igne remotis addatur aceti parum, & fiat emplaſtrum. Et cum vti voles, primò ſuper linteum perforatum in medio diſtendito, deinde ſuper foramen aliud linteolum cum vnguento mortificante addito. Quo facto aliud linteum absque foramine emplaſtro illitum ſuperaddito, relinquaturq́; per horas vigintiqua-



2008 Ministerio de Cultura

tuor deinde auferatur tãtùm linteolum ſuper foramen poſitum, atque aliud reſcens cum prædicto vnguento mortificante, applicetur per alias 24 horas, deinde partes etiam circum inungantur cum axungia porcina. His omnibus factis, auferatur emplaſtrum, applicetur q; linteum cum axungia porcina, aut gallinæ pinguedine, & ſic exibit, & cadet caro illa mortificata, & ſic foramen illud inde factum curetur vnguento aliquo competente. Quòd ſi caro ſupercreſcat, cum vnguento, ſuperponito aluminis vſti aliquantulum.

## CONTRA PESTEM ALIVD.

Sumito duo aut tria folia rutæ, allij ſpicam, nucis nucleum vnum, ſalis granum, miſce & ſtomacho ieiuno capito ſingulis diebus vſque ad menſem vnum. Valet etiam ad vermes.

## ALIVD PROBATVM.

R. Aquæ vitæ
Meliſſæ
Plantaginis ſing. lib. j.

Miſce & ſerua. Quando autem vti voles, ſumito huius aquę ℥. ij. alternis tantum diebus & eris tutus à peſte. Hæc etiam valet ad fiſtulas & vlcera.

ALI-

2008 Ministerio de Cultura

## ALIVD.

R. Theriacę
 Aquę vitę
 Vrinæ infantis maſculi ſing. part. j.
Miſceantur, & quotidię manè in aurora ſumat ęger poculũ vnum per dies tres, & ſanabitur.

## ALIVD.

Subitò, cum peſtis aliquem inuadit, ſumat theriacę aliquantum per os, deinde ſuper partem affectam ponat etiam aliquantulum. Quo facto illico columbam viuam in duas partes ſecato, partem vnam ſic calẽtem ſuper theriacam, affectamq́ue partem ponito, donec columbæ pars viridis fiat, theriacaq́ue rubeſcat. Quod cum ita fiat, videbis ex columba aquã viridem emanantem, quæ nihil aliud eſt, quam venenum. His factis bubonem ad maturitatem ſequenti emplaſtro reducas eſt huiuſmodi.

R. Axungię procinę ℥.iiij.
 Abſynthij contuſi ℥.ij.
Miſce, & fiat emplaſtrum, applicandum tumori.

## ALIVD AD PESTEM.

R. Maſticis ℥.ij.
 Euphorbij ℥.j.
 Spicæ nardi ℥.v.



2008 Ministerio de Cultura

Miſce & fiat puluis, de quo ſumat æger ʒ.s. ſi vir ʒ.j. Quo facto, ſumito quinq; folij quãtum ſatis eſt, ex qua decuſſatim collocata fiat pila, quæ ſub cineribus ponatur cum linteo, mox auferatur, ſcindãturq́ue in partes duas, quæ ſi denique ſuper partem affectam collocata fuerit, illico dolorem remouebit.

ALIVD AD IDEM.

Sumito tempore peſtis duo aut tria folia rutæ, nucem & ficum vnum, & ſimul comedito.

ALIVD.

R. Stercoris pueri ſicci, & in puluerem redacti cochlearia duo, muſci parum: miſce, & ſumito cum vino albo antequã ſex horæ elapſę fuerint, ab ea hora qua correptus fuit peſte.

ALIVD.

R. Cæparum albarum n°.j.
Mellis
Aceti
Succi rutæ
Millefolij ſing. part. j.

Miſce, & fiat potus, de quo ſumat æger poculum dimidium calidum, deinde maneat in lecto & ſudet. Hoc autem faciendum antequam ſex horæ præterierint, vt antè dictum eſt.

ALIVD.

2008 Ministerio de Cultura

## ALIVD.

R. Pulegij
Conſeruæ roſ. ſing. quantũ ſatis eſt.
Miſce, & fiat electuarium, quo vtendum erit, tempore peſtis, ſtomacho ieiuno, ad quantitatem caſtaneæ.

## ALIVD AD IDEM PRObatiſsimum.

Sumito nuces immaturas quantum ſatis eſt, quę cum in aceto per dies octo fuerint, eximantur, & contundantur, demum diſtillétur donec omnis aqua exierit. Quando autem quis vti volet, ſumat huius aquę ℥. iij. vel iiij. per aliquot dies, & maneat in lecto bene coopertus.

## ALIVD PERFECTISSIMVM.

R. Aloes hepaticæ ℥. j.
Mirrhæ
Croci ſing. ℥. s.
Miſce, & cum vino albo odorifero fiat maſſa pillularum. Quod ſi medicamẽtũ efficacius reddere voles, adde Diagridij, Caphuræ ſing. ℥. j. Dixit mihi Dominus Octauianus, D. Franciſcum de Albertis medicum, cum tres octauas abſque Diagridio prædictarũ pillularũ, in vino diſſolutarũ ægrotis prębuiſſet, ſtatim ab initio acceſsionis, deinde mãdaſſet vt in lecto ſudarẽt, eos liberaſſe, quia

per

2008 Ministerio de Cultura

per ſudorem illud venenũ expelleretur.

## ALIVD.

R. Florum nucũ, in vmbra exiccatorũ
Nucum immaturarum, minutatim
inciſarum ſing. quantum ſatis eſt.

Nuces in aceto ponito per dies tres, deinde eximantur, & vnà cum floribus diſtillentur donec aqua omnis effluxerit. Quòd ſi vti voles, ſumito ℥. ij. s. vel iij. Hoc autem fiat ſtatim ab initio acceſsionis, & ſanabitur. Nam hæc aqua virus euacuat, vel per ſeceſſum, vel vomitum, vel ſi apoſtema auctũ eſſet, rumpatur eo ruptorio, quod hoc in opere docebitur.

## AD PERIMENDVM APOſtema peſtiferum facilè.

R. Salis communis contriti
Vitell. ouorum nº. j.

Miſce, quib⁹ miſtis & ſuper affectũ poſitis breui tẽpore Dei gratia ſanabit ęger.

## AD LIVIDAS ET PESTIlentes puſtulas in cute apparentes quas quidam Itali Petechias, alij ſigna vocant.

R. Rhapontici recentis
Radicum graminis
Tormentillæ
Dictamni albi ſing. ℥. ij.

Miſceantur & contundantur, deinde co quan-

©2008 Ministerio de Cultura

quantur in aqua fontana vſq; ad cōſumptionem tertiæ partis igne lento, demū coletur, & ſeruetur. Quando autem quis vti volet, ſumat poculum vnum calidū, bis in die, manè ſcilicet & veſperi duabus horis antè cœnam, deinde maneat in lecto, pannis optimè inuolutus, & ſudet. Quando autem ſigna per corporis cutem ſubliuida ſpargentur, & ſimilis leproſis apparebit ęger. ſanabitur.

## CONTRA PESTEM PRO-*batum.*

R. Gentianæ Zeduariæ
Rad. Tormentillæ ſing. ℥. ij.
Dictamni albi recētis, vel non multum antiqui
Cornu ceruini vſti
Margaritarum albarum
Boli Armeni
Ariſtolochiæ rotundæ ſing. ℥. j.
Caphuræ ℥. s.
Sacchari albiſsimi ℥. ij.

Miſce omnia & fiat puluis ſubtiliſsimus. Quod ſi vti voles, ſumito Theriacæ optimæ, inſtar nucis, pulueris prædicti ʒ. j. Aquę endiuię, vel acetoſę ℥. iij. miſce, & fiat potus, quo vtatur æger antequam à principio morbi, horæ duodecim præteierint. Verùm ſi ęger eſſet ad huc puer, ſumat

2008 Ministerio de Cultura

ſumat tantùm drachmam dimidiam pulueris, aquæ, theriacæ, ſingulorũ ſimiliter ʒ. s. Valet etiam hęc potio ad venenum ſumptum per os, & ad febrem ardentem. Quod ſi ſanguinis detractio fieri poſsit antè potionẽ, fiat ex eodem latere, in quo affectus conſiſtit, ſi verò non fiat, poſt potionem ſumptam.

GLOBI CONTRA PESTEM.

R. Ladani ℥. s.
Styracis calamitæ ℥. j.
Diambræ
Diamuſci
Nucis muſchatæ
Macis
Cinnamomi electi ſing. ʒ. s.
Roſarum Damaſc. ℈. j.
Spicę nardi ℈. s.
Muſci gr. viij.
Pulueris Violettę ʒ. s.
Ligni aloes gr. iiij.
Calami aromatici, ad fabæ magnitudinem.
Ambræ gr. iiij.
Myrrhæ ʒ. s.

Conterantur ſingula per ſe in mortario calido, deinde miſceantur optimè cum aqua roſarum, & ſtyrace liquida, quantum pro orbiculis formandis ſatis eſſe videtur.

VN-

2008 Ministerio de Cultura

## VNGVENTVM PERIMENS *peſtem.*

R. Ligni ſalicis aut fabarum, idq; combure, atque in aceto extingue, & ſicca in vmbra, & contere, quantum ſatis eſt, Calcis viuę, quantũ ſatis videtur, miſce. Quibus factis ſumito aquæ ſaponariæ ℥.iiij. & coque ad ſpiſsitudiné, cui adde:
Pulueris prædicti, quantum ſatis eſt
Axungiæ porcinæ ℥.s.
Cantharidum contritarum ʒ.s.
Miſce & fiat vnguentum. Quòd ſi nimis durum eſſet, adde mellis parum, & conſeruetur in vaſe bene obturato.

## OLEVM CONTRA PE*ſtem & venena.*

R. Olei communis lib. ij.
Scorpionum n°. centum
Miſceantur & coquantur in vaſe duplici vſq; ad conſumptionem tertiæ, deinde extractis prius ſcorpionibus, fiat colatura. cui adde
Rhabarbari ʒ.ij.
Vnicornu ℥.ij.
Theriacæ ℥.j.
Aquę vitę ℥.iij.
Miſceantur omnia, & ponãtur ad ſolem per

2008 Ministerio de Cultura

per duos aut tres menſes in vaſe aliquo optimè obturato. Quòd ſi ſit hyems ponantur per dies tres, ſub calidis cineribus. Modus autem vtendi ſic ſe habet, nempe inungantur partes circa cor omnes arteriæ, & videbis effectum admiratione dignum.

PRAESERVATIVVM CONtra peſtem, optimum, quod in Anglia tempore magnæ illius peſtilentiæ Anni 1348. ab omnibus medicis probatum fuit. Nam omnes qui hoc vſi ſunt, euaſerunt.

R. Aloes hepaticæ
Cinnamomi electi
Mirrhæ ſign. ℥. iij.
Gariophyllorum
Macis
Ligni aloes
Maſticis
Boli Armeni ſign. ℥. ſ.

Miſceantur & fiat puluis ſubtiliſsimus, de quo ſumito ſingulis diebus mane in aurora, cum vino albo, aqua diluto, & gratia Dei à peſte tutus pręſeruaberis.

PRAE-

2008 Ministerio de Cultura

PRAESENTISSIMVM REmedium ad eos qui peſte correpti ſunt, quod valet etiam ad liuidas poſtulas in cuti ex febre peſtilentiali ſubortas: itemq́ue ad carbunculos, ignem ſacrum, & id genus alia.

R. Hęderæ baccas maturas, & in vmbra ſiccatas, deinde cõtritas, & fiat puluis, de quo accipiant ægri ℥.s. cum poculo dimidio vini albi, deinde maneant in lecto, vt optimè ſudent. Poſtquam autem ſudauerint ægri, induſiũ, linteamina lecti & ſtragula mutentur, ſi quidem fieri poteſt, ſin minus, induſium tantum cum linteaminibus. Atque ſic aliqui vna ſola nocte ſani euaſerunt. Mediolanenſem quendam vidi ipſe Aleppæ, correptum peſte vnà cum bubone in inguinibus, & ſub axilla altero, hoc puluere bis in die manè ſcilicet & veſperi vteretur, ſequẽti die, bubonibus ruptis conualuiſſe.

CONTRA PESTEM REMEdium facile, trahens venenum à parte affecta, ſiue in ea ſit bubo ſiue carbunculus, aut alius quiuis tumor.

Sumito gallinam viuam, atque in ea parte

2008 Ministerio de Cultura

parte qua oua parit, de plumatam, ponito ſuper partem affectam, ſinasq́ue aliquandiu, deinde auferatur, & ſic omnē aut maiorem veneni partē eam attraxiſſe, & paulo pòſt mori videbis. Verùm melius eſt, ſi bis aut ter fiat, cum alijs recentibus gallinis, quoniam ſic omne venenum attrahent. Quibus factis, inungatur pars affecta theriaca optima, vtanturq́ue ægri ſupradictis remedijs per os, & maximè hæderæ, vel lauri baccis, vel alijs huiuſmodi. Quod ſi bubones, propter peſtis vehementiam non aperirentur, ſuperioribus remedijs, quę frangendi aperiendiq́ue vim habent, vtendum erit, vt melius omne venenum inde eximi ac deriuari queat.

## MODVS QVO QVISQVE *tempore peſtis præſeruari poſsit.*

Primo cum vitioſi & ſemi putrefacti humores facilius ab aëre peſtilenti corrumpantur, opera danda erit, vt caput, ventriculusq́ue, humoribus vitioſis vacent, quod fiet, ſi aliquando vtatur medicinis purgantibus, vt Caſsia, Pillulis vel maſtichinis, vel de Aloe, & ſimilibus: & ſupra omnia conuenit vſus tartari, ſi quidem in puluerem redigatur, diſſol-

2008 Ministerio de Cultura

diſſoluaturque in aqua calida, & coletur, deinde ſiccetur, vt aqua ſalis, & ſeruetur. Quando autem quis vti volet.
R. Huius pulueris ℥.iij.
Conſeruę roſarum lib.j.
Miſce, & fiat electuarium, de quo ſumito ℥.j. manè in aurora, alternis tantùm diebus: facit enim ventrem lubricum & mundum. Quòd ſi conſerua haberi nequeat, diſſoluetur, vel cum iure carnium, aut braſsicæ, relinquatur ſic parùm, donec fęces ſubſideant: quibus abiectis ius bibat alternis diebus, vt dictū. Cæterùm à multis cibis abſtinendum erit, & maximè fumoſis, duriſque. Vtatur cibis, qui ſanguinem purgant, vt bugloſſa, borragine, Cichorio, lactuca, & huiuſmodi. Vitet repletionē, & nimiam inanitionem. Quare bonum erit, vt ſingulis diebus in aurora ſumat aliquod prædictorum præſeruatiuorum, vt pulueris vltimi in Anglia probati, vel ſimilium. Deinde duabus horis ante prandium, aliud quoddā præſeruatiuum ſumendum, vt rutam, ficum & nucem, vel conſeruam aliquam ſuprapoſitam, vel fruſtū mali Citri cōditi, vel aliquantulū ſyrupi acetoſitatis Citri, vt inferius docebimus, quo etiam in prādijs & cœnis

pro

2008 Ministerio de Cultura

pro ſapore, ſiue condito vti licebit, quẽadmodum à cibo ſumpto ſeminibus mali Citri conditis, quæ optima contra venena habentur. Cęterùm optimum erit, vt ſingulis diebus, manè ſcilicet & veſperi, manus, tempora, pulſus, nares illinantur aceto roſaceo, in quo iniectum ſit parum caphurę, aquæ roſarum ſigni aloes, parũ xilobalſami, ſi haberi poteſt, ſin minus parum Cinnamomi. Quod ſi hæc omnia deſint, vtatur aceto puro. Ferant ſecum homines odorifera, aut in Chyrothecis, induſijs, ſtrophiolis, capillis, barbis, orbiculis ſupra dictis. Cæterùm habtiationes ſint mundæ maximè ab omnibus fœtidis excrementis, quod fiat ſi talia loca ſępius purgentur, obſtruanturq́ue. Vitet tapetos, periſtromata, pannos è lana, & id genus. Diuites ſæpius vtantur ſuffimentis maximè ijs quę ſequenti libro docebuntur. Pauperes verò ſuffimenta parent ex folijs & ligno lauri, roſmarini, iuniperi, cupreſsi, item ex corticibus Citri, aurantiorum & limoniorum malorum, & ſimilibus pręterea ex ſtyrace, calamita, ladano. Vitet omnes animi affectus, triſtitiam, mœſtitiã, timorem, iram, &c. quæ corrumpunt ſanguinem alioſq́ue humores, cor debi-

2008 Ministerio de Cultura

debilitant, ſpiritus offendunt, proſternantque, & per conſequens naturam debilitant. Vitet præterea lætitiam ſeu gaudium nimium, præſertim cum poros, & meatus corporis facilè dilatet, & mala aëris affectio per eos recipiatur. A venere nimia abſtineat, ſed quantum fieri poteſt, vtatur victus ratione, media ac temperata. Super omnia teneat animum phyloſophicum & Chriſtianum, non timeat mortem, neque magnipendat vitam, ſed tamdiu in hoc mundo viuere deſideret, quandiu Deo patri noſtro benigniſsimo, qui omnia ad noſtram vtilitatem facit, placeat, & tunc vitam ſuam amittere non grauetur, quando ad meliorem nos ducere ei placeat. Quare omnis ſpes noſtra in eo ſemper poſita eſſe debet: Nam ſic gratia ſua efficiet, vt nobisipſis prouideamus, ipſeque nobis adiumento erit, vt ea conficere queamus vel ipſe ſolus tanquam ſapientiſsimus, & potentiſsimus medicus, nos vel conſeruabit, vel ad ſe tum recipiet, quando expedire nobis cenſebit, & non quando nos deſideramus, cum ſæpenumero quid optandum ſit, ignoremus.



2008 Ministerio de Cultura

## MODVS CONFICIENDI

*ſuccum acetoſitatis Citri, ad eum vſum, de quo ſupra dictum eſt.*

R. Succi acetoſitatis Citri quantum volueris
Mellis deſpumati, in ſingulas ſucci libras ℥. ij.
Sacchari, quantum ſatis eſt
Cinnamomi contriti, parum.

Miſceantur & coquantur non diu, dein de ſeruetur. Hoc vti licebit ante prandium, & etiam in prandio & cœna pro condimentis, vt dictum eſt. Eſt namque remedium optimum tam ad præſeruandam, quàm ad peſtem depellendam. Eſt quoque eius continuus vſus, pro ijs, qui ſuſpitionem veneni habent vtiliſsimus.

## FINIS LIBRI PRIMI.

2008 Ministerio de Cultura

# D. ALEXII PEDEMONTANI DE SECRETIS

*Liber Secundus.*

## MODVS CONFICIENDI *oleum imperiale, ad capillos, barbam, manus, chyrothecas inungendas. Poteſt etiam poni in lixiuio, ad induſia, ſudariaque lauanda quod quidem oleum magno & paruo pretio confici poteſt.*

R. Ambræ minutatim inciſæ ℥.s.
Styracis calamitę min.inciſi ℥.viij.
Aquæ roſarum
Olei.Roſ.Dam. ſing.lib.ij.
Gariophyllorum craſſè contritorũ
Cinnamomi contriti ʒ.j. (n°.vj.

Miſceantur omnia, & ponatur in phialã aliquã vitreã optimè cera, deinde pergamento obturatam ſub fimo per dies octo, deinde auferantur, inijcianturque in ollam vitream, coquantur per horas duas igne lento. Quibus factis remoueantur ab igne, & cũ omnia frigida ſint cochleari aliquo vel argenteo, vel aureo vel fruſto poculi vitrei colligetur oleum



2008 Ministerio de Cultura

ſuper natans optimè,ſerueturq́; in phiala aliqua vitrea optimè obturata, ſi quidem tantùm muſci & zibetti additum ſit,quantum ſatis eſſe viſum fuerit. Hoc oleum pretioſiſsimum eſt, confortat cerebrum, putrefactioni ab aëre peſtifero reſiſtit. Cæterùm materia in fundo relicta optima eſt, pro conficiendis orbiculis ſuffimentis. Quòd ſi minori pretio parare voles, facies absque ambro & muſco, vel parum admodum addendo.

MODVS CONFICIENDI *olei balanini, vel de ben quo ſuffitores vtuntur,odorati per ſe,& non magni pretij, ad chyrothecas,& alia huiuſmodi odore imbuenda.*

Oleum Balaninum, ſiue de Ben fit, vt oleum amygdalinum. Hoc quidã vtuntur ſuffitores duabus de cauſis, quarum vnà eſt quòd nullo odore præditum ſit, quo fit,vt odorata omnia, quæ eo condiuntur,nullum alienum odorem acquirant,ſed proprium eorum ſeruent. Altera eſt,quòd longo tempore duret,neque vllo modo rancidum fiat,neq; corrumpatur,quemadmodum aliud oleum omne. His itaque de cauſis ſuffumitores, in hoc oleo ambram, muſcum, & alia id genus

2008 Ministerio de Cultura

genus diſſoluunt pro ſuffiendis chyrothecis & alijs. Verùm cum ſic paratum non penetret bene ac ſi alio modo, vt nunc dicetur, paratum eſſet, propterea quod pulueres admiſti, ei corpus, ſoliditatemq́ue concilient. Quare cum non bene ad interiora penetret, ita vt odor diu conſeruari poſsit, modum alium eumq́ue perfectiſsimum perficiendi illud, hìc adſcribam. Itaque ſumito glandes vnguentarias, mundatas, & in quatuor partes inciſas, easq́ue in cribro rariore ponito: deinde ſumito muſci, zibetti quantum ſatis eſſe videtur, & cum aqua roſarum diſſoluito in vaſe aliquo ſuffitorio, demum ad ignem ponito, cũ glandibus vnguentarijs ſupra poſitis ita, vt fumum omnem in ſe recipiant. Quibus factis, oleum ex glandibus extrahetur, ſerueturq́ue: & ſic habebis oleum perfectiſsimum, atque imperatore dignum, ſiue pro ſuffiendis chyrothecis, ſiue alijs huiuſmodi.

AQVA ODORATA VALde, *prima.*

R. Aquarum roſ. Damaſch.
Lauendulæ lib. xij.
Gariophillorum
Cinnamomi electi ſing. ℥. j.



2008 Ministerio de Cultura

Macis
Cardamomi
Muſci
Ambræ ſing. ℈.s.
Cort. mali Citri
Sandali Citrini
Ireos ſing. ʒ. s.
Belzoini ſiue aſſæ dulcis
Styracis calamitę ſing. ℈.j.

Quibus omnibus miſtis, atque in phialam vitream poſitis per dies quindecim, diſtillentur per balneũ Marię: deinde cũ per alios dies quindecim ad ſolem poſita fuerit, optima atq; perfectiſsima erit.

AQVA SECVNDA.

℞. Roſarum Damaſch.
Florũ Gariophyllorum ſing. lib. j.
Roſmarini
Lauendulæ
Iaſmini
Maioranæ
Serpilli
Satureiæ ſing. ℥. iij.
Cinnamomi electi
Belzoini ſeu aſſę odoratę
Styracis calamitæ ſing. ʒ. ij.
Nucis muſchatæ
Mahaleb ſing. ʒ. j.
Cort. mali Citri ℥. j.

Con-

2008 Ministerio de Cultura

Contundantur herbæ, & flores craſſè, reliqua verò in puluerem redigantur, deinde miſceátur, atq; in vaſe aliquo vitreato relinquantur ad ſolem per dies duos. Quibus factis, aqua in balneo Mariæ extrahenda erit, cui deniq; adiectus muſci ℈.j. relinquatur ad ſolem per dies xx. vel xxx. in vaſe aliquo vitreo optimè obturato, & erit perfectiſsima.

AQVA TERTIA.

R. Aquæ roſarum lib. vj.
Vinum Cretici poculum.j.
Flor. roſ. Damaſch. recent. lib. iij.
Lauendulæ
Spicæ nardi ſing. ℥.iiij.
Matriſaluiæ
Iaſmini
Liguſtri ſing. lib. j.s. (℥.iij.
Malorum Arantiorum ſiccorum
Cort. mali Citri ʒ.iiij.
Gariophyllorum ʒ.j.s.
Cinnamomi
Ireos
Styracis calamitæ
Belzoini ſing. ℈.ij.
Nucis muſchatæ ℈.j.

Contundantur & pulurizentur, deinde cũ per dies decem in phiala aliqua vitrea bene obturata recondita fuerint, aqua



2008 Ministerio de Cultura

per balneum Mariæ extrahatur, cui denique adde muſci, ambrę, ſing. ℈.j.s. relinquatur aliquandiu ad ſolem deinde ſeruetur.

AQVA QVARTA.

R. Aquarum roſ. damaſch. lib.x.
Odoratæ lib.iiij.
Lauendulæ lib.j.
Gariophillorum ʒ.ij.
Sandali Citrini
Mahaleb ſing. ℈.j.

Redigantur in puluerem, & miſceantur omnia ſimul cum aquis prędictis, deinde cum ſic per dies quatuor relicta fuerint, diſtillentur in balneo Mariæ, donec omnis aqua exierit, cui deniq; addantur ſequentia, in puluerem redacta, nempè
Cinnamomi
Gariophillorum
Belzoini
Styracis calamitæ ſing. ʒ.s.

Quibus miſtis, denuò diſtillētur in balneo Marię, addēdo in fine parum muſci & ambræ, deinde in vaſe vitreo optimè clauſo ſeruetur ad vſum.

AQVA QVINTA.

R. Aquarum roſ. Damaſch. lib.iiij.
Lauendulæ
Spice nardi ſing. ℥.iij.

Ex

2008 Ministerio de Cultura

Ex florib. malorum arantiorum
Ex floribus myrthi
Ex floribus Iaſmini
Maioranæ
Ex flor. mal. limoniorũ ſing. li. s.
Belzoini
Styracis calamitæ ſing. ℥. j.
Muſci ℈. s.

Miſceantur omnia ſimul, deinde cũ per dies ſex in phiala vitrea bene cooperta fuerint relicta, diſtillentur in balneo Mariæ, deinde ponatur ad ſolem per dies quindecim, & ad vſum conſeruetur.

AQVA SEXTA.

R. Aquę Odoratæ, ex floribus mali Citri, & alijs rebus odoratis compoſitæ, quam inuentores Nanpham appellant lib. ij. & ℥. iiij.
Flor. Roſmarini recent. lib. ij.
Ambræ ℈. j.

Contundantur & miſceantur, deinde cum in vaſe aliquo vitreo per dies decẽ repoſita fuerint, diſtillentur in balneo Mariæ, & ſeruetur aqua.

AQVA SEPTIMA.

R. *Aquarum
Nanphæ lib. iiij.
Roſ. Damaſc. li. ij.
Ambræ ℈. s.

*Aqua Nanpha, eſt ex floribus mali Citri & alijs rebus odoratis cõpoſita.*



2008 Ministerio de Cultura

Miſceantur omnia, deinde in vaſe aliquo vitreo optimè clauſo ponantur ad ſolem per menſem vnum, ac ſeruentur.

AQVA OCTAVA.

R. Aquarum Roſ. Damaſch. lib.iiij.
Lauendulæ ℥.vj.
Florum Iaſinini lib.iij.
Muſci ℈.j.

Miſceantur, deinde cum per dies decem in vaſe optimè recluſa fuerint, diſtillentur in balneo Marię, ſeruēturq; in vſum.

AQVA NONA.

R. Aquæ roſ. Damaſch. lib.vj.
Cort. mali Citri
Arantij ſing. ℥.s.
Gariophyllorum ℈.j.
Florum ſpicæ nardi recent. ℥.vj.

Quibus miſtis omnibus, & aliquandiu in vaſe aliquo vitreo obturato relictis, diſtillentur in balneo Mariæ, & ſeruetur odoratus latex.

AQVA DECIMA ET VLtima odorata.

R. Aquæ roſ. Damaſc. lib.x.
Foliorum roſ. Damaſc. lib.ij.
Mahaleb ʒ.s.
Ambrę ℈.s.

Contundantur, & in puluerem rediganțur, miſceanturque: deinde cum ſic per decem

2008 Ministerio de Cultura

decem dies in vaſe aliquo bene obturato condita fuerint atque deinceps quoque ſub cineribus calidis per dies tres, diſtillentur in balneo Mariæ, ſi prius perq́ue dies quindecim in ſole ponantur quo facto conſeruentur.

## MODVS PARANDI Oleum ex floribus malorum arantiorum, prætioſum.

℞. Amygdalarum dulcium mundatarum lib.j.
Florum mal. arantiorum, quantum ſatis eſt.

Quos in tres partes diuidito, quarum vna ſuper pannum linteum ſubtile in cribro ponatur, deinde partem dimidiã amygdalarum ſuperaddito, quæ cum à ſecunda parte florum coopertæ fuerint, alteram amygdalarum partem ſuperponito, rurſusq́ue eas cum floribus tegito, ita vt amygdalæ medium inter flores obtineant locum. Hocq́ue per dies ſex facito addendo ſingulis diebus flores recentes. Quibus factis, amygdalæ primò contundantur optimè, deinde per pannũ linteum mundũ torculari exprimantur bene, donec oleũ omne emanarit, cui addatur parũ zibetti, muſci, belzoini, & relinquatur ad ſolẽ ꝑ dies octo.



2008 Ministerio de Cultura

## OLEI IASMINI ET EX *Floribus Gariophillorum conficiendi modus.*

R. Amygdalarum dulcium, contuſarum, & mundatarum quantum ſatis eſt.

Florum Iaſmini, quantum volueris.

Quibus ordine ſuper diſpoſitis, inque loco aliquo humido per dies decem relictis auferatur, atque oleum extrahatur, quod variæ eſt virtutis. Sic etiam conficiter oleum ex floribus gariophillorum, & alijs floribus.

## OLEVM EX NVCE MVſchata perfectiſsimum.

R. Nucis muſchatę quantum pro olei quantitate ſatis eſt, incidantur minutatim, atque in Cretico vino immergantur, deinde cùm ſic per tres, dies relictæ fuerint, auferantur, ſiccenturque in loco aliquo mundo per biduum, Quo facto ſuperaſpergatur aliquantulum atque roſarum, deinde cum igne bene fuerint calefactę, exprimatur oleũ, vt ſupra, & ſeruetur in vaſe mundo optimè obturato. Valet hoc oleum mirum in modum ad varia & multa.

## OLEVM BELZOINVM *ſeu aſſæ odoratæ.*

R. Belzoini, ſeu aſſæ odoratæ, in pul.

2008 Ministerio de Cultura

pul.redactæ ℥.vj.

Olei tartari

Aquæ roſarum ſing.lib.j.

Miſceantur & relinquantur ſic per diem integrum, deinde diſtillentur, ſeruetur-q́ue pro re pretioſa.

## OLEVM EX STYRACE *excellentiſsimum.*

R. Styracis liquidæ, quantum ſatis eſt, ponatur in aqua roſarum per duos aut tres dies, deinde alembico ſuperaddito, diſtilletur, vt oleum belzoini. Primò enim aqua emanat, deinde oleum, quod valde pretioſum eſt.

## OLEVM MYRRHINVM *quod efficit cutem mollem, candidam & venuſtam.*

R. Ouorum ad duritiem coctorum, quę diuiſa in duas partes, atque ab interioribus id eſt, ~~à vitellis~~ purgata impleantur myrrha, in tenuem puluerem redacta, deinde in loco aliquo humido collocentur, donec omnino in oleum re ſoluta ſit. Hoc oleum non ſolùm cutem mollem, lucidamq́; efficit, verùm etiam vulnerum cicatrices delet.

## RATIO OLEVM OMNIS GE- *neris conſeruandi à putredine.*

Sumito in ſingulas libras olei, ſalis gr.ij.



2008 Ministerio de Cultura

Limaturæ æris
Aluminis ſing.gr.ij.

Miſceantur omnia ſimul cũ oleo, deinde aliquantulum in balneo Mariæ coquantur, demum coletur, relinquaturq́ue ad ſolem per dies octo, & ſic incorruptum ſeruabitur diutiſsimè.

## OLEVM BELZOINVM.

R. Belzoini quantũ ſatis eſt, & in ~~phialam~~ vitream bene obturatam, in fimo per dies xv. aut xx. ſinito. Quo facto, coletur, & ſeruetur in ampulla, & eſt omnium optimum.

## ALIVD OLEVM BELzoinum *præſtantius.*

R. Belzoini in pul. redacti lib. j.
Aquæ roſarum lib. ij.

Miſceantur & ponantur in cucurbitam amplioris deinde alembico optimè ſuperpoſito, ne vllo modo expirare poſsit, diſtilletur igne admodum lento, donec aqua omnis exierit (& hæc eſt aqua illa, de qua ſupra dictum eſt ) poſtea paulatim augeatur ignis, donec oleum emanare incipiat, tunc vas recipiens mutetur, augeaturq́ue eouſq; ignis, quouſq; totum oleũ perſtillauerit. Quòd cum factum erit, ſequetur genus quoddá gummi, ſpeciẽ Mannæ prę ſe ferẽs. Hoc quidem

2008 Ministerio de Cultura

dem optimum eſt ad ad odorem aquis conciliandum, modò parum in aquam fontanam inijcias, miſceasq́ue optimè, vel etiam in aquam roſarum, ſi magis odoratam deſideras. Hac etiam ratione poteſt fieri oleum ex ſtyrace calamita.

## OLEVM EX STYRACE *calamita.*

R. Styracis calamitæ
 Aquę roſarũ ſing. quantũ ſatis eſt.
Miſceantur & ponantur in cucurbitam vitream amplioris, mox alembico ſuperimpoſito ita vt aliquo modo nequeat exhalare, non augẽndo ignem, niſi quantum fuerit opus. Quando autem oleum emanare incipit, vas recipiens mutetur, deinde augeatur ignis, donec omne exierit & ſeruetur.

## OLEVM LADANI.

R. Ladani optimi & mundi quantum ſatis eſt, & confice vt oleum belzoinum, vel ſi mauis hoc modo:
R. Ladani contriti quantum ſatis eſt, ponito in ollam æneam, addendo aquæ roſarum lib. j. Olei amygdalarum dulcium ℥.vj. deinde cooperiatur olla bene, ne vllo modo reſpiret, atque ad ignẽ coquantur paulatim per horas tres, poſtea cum ablata deferbuerint, auferatur, oper.

2008 Ministerio de Cultura

operculum, infundaturque paulatim in ampullam aliquam vitream. Et vt melius conſeruetur, addito parum aluminis vſti & erit perfectiſsimum.

## OLEVM NVCIS MVſchatæ.

R. Nucum muſchatarum contuſarum quantum ſatis eſt, ponantur in cucurbitam amplam bene obturatam, ſuperinfundendo parum aquæ vitæ, vt humefiant, relinquantur ſic per biduum aut triduum miſcendo ſingulis diebus. Quibus factis ſuperinfundito tantùm aquæ roſarum, donec ad duos aut tres digitos emineat, deinde alembico ſuperaddito, ne quouis modo exhalare poſsit: diſtilletur primò quidem igne lento, donec aqua exierit, deinde vehementiore, quo vſque oleum omne perfluxerit.

## ALIVD.

R. Nucum muſchatarum contuſarum ℥.xij. ponantur in ollam vitream nouam ſuperinfundendo tantum vini Cretici, aut albi optimi, donec à vino cooperiantur, butyri recentis lib.ij. miſceátur bene, & per quatuor aut quinq; dies in loco calido, obturato bene vaſe relinquantur. Quibus factis coquantur igne admodum lento, donec vinum omne fuerit

2008 Ministerio de Cultura

rit conſumptum, deinde coletur, ante-quam infrigidatum fuerit, ſeruetur que in vaſe vitreo ad ſolem, donec reſiduũ craſſum faciat, demum rurſus coletur, & alio vaſe ſeruetur.

## OLEVM GARIOPHYLLORUM *valde nobile.*

R. Amygdalarum dulcium, mundatarum & inciſarum, & ponito in aqua roſarum, hoc modo parata. Sumito gariophyllorum contuſorum quantum ſatis eſt, quibus ſuperinfundito aquam roſarum, relinquatur que, donec omnes gariophyllorum vires attraxerit. Quo facto, amygdalæ tandiu macerentur in ea, donec optimè molleſcant, deinde extrahantur, ſiccentur que ad ſolem, & rurſus macerentur denuoq; ſiccentur. Hoc quinquies aut ſexies facto, extrahatur oleum, vt ſupra dictum ſeruetur que in vaſe aliquo vitreo bene oppilato. Hac etiam via oleum belzoinum, ex muſco, ſtyrace calamita, aloe, cinnamomo, mace nuce muſchata &c. confici poteſt: prętereа etiam ſimul variè componi.

## PVLVIS IREOS.

R. Ireos electę, atq; in puluerem redactę, quãtum ſatis eſt, cui ſuperinfundito parum aquæ roſarum, vt inde humefiat,

deinde

2008 Ministerio de Cultura

deinde ſuper cribro ſetaceo cooperto diſtendito. Quibus factis, R. Styracis calamitæ in puluerem redactę, belzoini cótriti, ſingulorum ℥.s. aquę roſarum poculum dimidium, miſceantur atque ad ignem ponantur, ita vt cribrum coopertum cum puluere ireos ſuperpoſitum ſit, vt fumum in ſe recipiat totum. Quare ſic ſuperponendum erit, ne quo modo reſpirare poſsit, & ſic habebis puluerem ireos valde perfectum & bonum ad odorem gratum, pannis & alijs rebus conciliandum.

## PVLVIS QVEM VIOlettam Itali appellant.

R. Ireos
Roſarũ nondũ apertarũ ſing. lib.j.
Cort. mali Citri ℥. iiij.
Gariophyllorum ℥.ij.
Sandali Citrini
Lauendulæ
Coriandri ſing. ℥.ij.
Nucis muſchatæ ℥.j.
Maioranæ
Styracis calamitæ ſing. ℥.j.s.
Belzoini electi ſeu aſſæ dulcis ℥.vj.

Miſceantur atque in tenuiſsimum puluerem redigantur, deinde cribretur, & ſer-

2008 Ministerio de Cultura

ſeruetur in vaſe aliquo vitreo optimè obturato, ne exhalare queat.

## PVLVIS ALBVS

*Ad ſacculos.*

R. Sandali citrini ʒ.ij.
Belzoini
Ireos ſing. ℥.j.

Redigantur in puluerem, deinde in aqua roſarum, quantum ſatis eſt, aliquãtulum bulliant, demum addito aluminis ſquamoſi vſti, & in puluerem redacti, & formentur pillulæ vel trociſchi, qui cum in vmbra fuerint exſiccati, rurſus in puluerem redigantur, cribrenturq́ue & erit puluis confectus. Verùm ſi cum muſco parare velis, adde

Muſci
Ambræ ſing. gr. xxiiij.
Zibetti gr. xviij.

Miſceantur omnia ſimul, pro ſacculis inter veſtimenta ponendis.

## MODVS PARANDI

*puluerem Cyprium.*

R. Muſchi quercini, aut nucis in Ianuario, vel Februario, ſudo cœlo ſiccetur, deinde lauetur aqua fontana, ter aut quater, & ſemper in vmbra ſiccetur. His factis, ponatur in aqua roſarum per horã vnam, deinde ſiccetur, & in puluerem tenuiſ-

2008 Ministerio de Cultura

tenuiſsimum redigatur, demum ponatur in cribrum aliquantulum aqua roſarum humectatum, ſuffigaturque hoc ſuffimento.

R. Belzoini
 Styracis calamitæ ſing. ℥. ij.
 Thymiamatis ʒ. j.
 Lauendulæ ʒ. s.
 Ligni Aloes ʒ. ij.

Contundantur leuiter ſingula, deinde miſceantur omnia ſimul, diuidanturque in partes quatuor, quarũ vna poſt aliam ponatur in fornace, in vaſe aliquo vnà cum cribro ſuperaddito, & ſic relinquatur, donec omnes partes ſuffimenti fuerint combuſtæ. Animaduertendum tamen vt cribrum ita ſupra poſitum ſit, & obturatum, vt fumum totum in ſe recipiat. His factis ſumito huius pulueris ℥. j. cui paulatim adiũgito zibetti gr. vj. muſci gr. xxvj. omnia diligenter in puluerem contrita, demum recõdito in vaſe aliquo vitreo optimè clauſo, ne vllo modo expirare queat, & ſic habebis modum omnium optimum. Ex Cypro tamen & oriente Venetias aduehunt globulos quoſdam, colore ſubflauos quos vocant Butri. Sunt huiuſmodi pilæ, vt aiunt ex boum ſtercore in Maio confectæ,

2008 Ministerio de Cultura

ctæ, nempe ſtercore ſæpius in aqua roſarum infuſo, deinde rurſus exiccato, atque in globulorum formam redacto. Hos denique globulos ſuffitores contundunt, & abſque ſuffimento addunt aliquantulum muſci, zibetti, belzoini, atque ita per cribrum tranſmittunt.

## PVLVIS MAGISTRAlis optimus.

R. Roſarum Damaſc.
Cyperi Alexandrini
Sandali citrini ſing. ℥.j.
Ireos ℥.s.
Ligni Aloes
Calami aromatici
Galangæ
Belzoini ſing. ℈.s.
Gariophyllorum gr.j.s.
Muſci gr.v.
Zibetti gr.iij.

Miſceantur, & fiat puluis tenuiſsimus, ſeruetúrque in vaſe aliquo clauſo.

## PVLVIS ALBVS odoratus.

R. Ireos electi ℥.iij.
Sandali albi
Roſarum Damaſc.
Ligni aloës
Belzoini

Cyperi

2008 Ministerio de Cultura

Cyperi Alexandrini ſing. ℥.ij.
Muſci gr.iiij.
Zibetti gr.iij.

Redigantur in puluerem ſingula per ſe, deinde miſceantur & fiat puluis, ſeruandus in vaſe cooperto probè.

PVLVIS RVBER.

R. Roſ Damaſc. ℥.ij.
Sandali rubri ℥.j.
Ligni aloes
Cyperi Alexandrini ſing.℈.ſ.
Ireos gr.j.ſ.
Gariophyllorum ℈.j.
Muſci gr.iij.
Zibetti
Ambræ ſing. gr.ij.

Terantur omnia, miſceanturque, & ſeruetur puluis.

PVLVIS NIGER.

R. Cypri Alexandrini
Ligni aloes ſing.℥.ſ.
Sandali citrini
Roſarum Damaſch.
Ladani ſing.ʒ.ij.
Gariophyllorum ℈.ſ.
Muſci g.iij.
Zibetti gr.ij.

Redigantur in puluerem omnia, miſceantur & fiat puluis.

PVL-

2008 Ministerio de Cultura

# PVLVIS CYPRIVS *nobiliſsimus.*

R. Moſchi quercini quercini mundati, & aqua fontana optimè loti, quantum ſatis eſt: deinde cum ad ſolem bene fuerit exiccatus, ſuper aſpergatur tantum aquæ roſarum, quantum ad humectationem ſatis eſſe videatur, poſtea ſiccetur ad ſolem, contundatur & cribretur fiatque puluis ſubtiliſsimus. Quibus factis, puluis aqua roſarum humectandus erit, deinde in cribro ponendus, ſub quo tale ſuffimentum fuerit collocatum, ita, vt nullo modo expirare poſsit. Suffimentum autem ſic ſe habet.

R. Belzoini
Styracis calamitę ſing. ℈. j.
Ladani
Ligni aloes ſing. gr. j. ſ.
Muſci gr. ſ.

Quibus contuſis craſsè ſingillatim miſceantur, & fiat puluis, paulatim ponendus in vas aliquod fictile, in quo contineatur ignis, ita vt puluis in cribro contentus, totum fumum in ſe recipiat, donec fuerit conſumptus omnino. Deinde ſumito puluerem in cribro contentum, cui addito in ſingulas vncias, præſertim ſi perfectiorem deſideras.

Bel-

2008 Ministerio de Cultura

Belzoini ℈.s.
Muſci gr.iiij.
Zibetti gr.ij.

Redigantur in puluerem ſingula per ſe, deinde miſceantur cum vncia vna prædicti pulueris & ſeruetur.

PVLVIS CYPRIVS, ALIter paratus perfectiſsimus.

R. Stercoris bubuli recentis quantum ſatis eſt, ſiccetur ad ſolem vel in fornace, deinde cum in tenuiſsimum puluerem redactum fuerit, humefiat aqua roſarum, in qua ſic relinquatur per diem integrum, poſtea ſiccetur ad ſolem, idq́; fiat ter aut quater. Verùm in fine plus humectandum erit, ita vt aliquo modo in vaſis vitrei fundo adhæreat. His factis, ſuffiatur prædicto ſuffimento optimè, deinde ſiccetur, & fiat puluis ſubtiliſsimus, qui ſeruetur in vaſe aliquo optimè clauſo.

PVLVIS ODORATVS & perfectus, ſeruandus in ciſtis.

R. Roſarum nondũ apertarum, in vmbra ſiccatarum, quantum volueris, deinde in maximo feruore æſtatis ponantur in vaſe mundo ſuperinfundendo tantũ aquæ roſarum, donec ea cooperiatur, relin-

2008 Ministerio de Cultura

relinquaturque donec inflentur. Quibus factis, immiſce & confunde probè, & pone ad ſolem, quouſq; caleſiant bene: interim tamen vas optimè clauſum eſſe oportet. Cùm autem probè ſiccatæ fuerint deinde omnem aquam roſarum imbiberint, ſumito pro vnaquaque libra roſarum, muſci gr.x. gariophyllorum in puluerem redactorum quart. j. miſceantur paulatim ſupradictis: antequam autem miſceantur, ſi quid aquæ roſarum in fundo relictum fuerit, abijciendum. His factis, ponantur roſæ in pelui æneo bene cooperto ad ſolem feruentiſsimũ, vt ſiccentur, deinde fiat puluis ſubtiliſſimus, & ſeruetur in vaſe obturato. Quòd ſi noles veſtimenta vel linteamina reddere odorata, ſumito harum roſarum antequam in puluerem redactæ fuerint, quantum ſatis eſt, quæ cum in pannis lineis ſubtilibus ligatę fuerint, ponantur inter veſtimenta.

## PVLVIS ODORATVS

R. Roſarum rubrarum vix apertarum quantum volueris, contundãtur in mortario, deinde ponantur ad ſolem calidiſsimum, ſuper infundendo aquam roſarum muſcatam. Quę cum ſæpius humectatæ, & deinde ſiccatæ fuerint,



2008 Ministerio de Cultura

fiat puluis ſubtiliſsimus cum Cyprio puluere, vt ſupra, & ſeruetur.

## PVLVIS OPTIMVS ET *odoratus, quem quiuis ſecum ferre poßit, vel in capſis ſeruare.*

℞. Roſarum ſiccarũ recentium ℥.xij.
Gariophyllorum electorum ʒ.ij.
Sem. Spicæ ʒ.j.
Styracis ℥.s.
Cinnamomi ʒ.s.

Redigantur in puluerem tenuiſsimum, & fiat puluis, cui addi quoque poſſunt
Muſci. gr.ij.
Lignialoes ʒ.s.

## ORBICVLI ODO- *rati contra peſtem.*

℞. Styracis.
Ladani ſing. part. j.
Gariophyllorum part. s.
Caphuræ parum
Spicæ nardi
Nucis muſchatæ ſing. q. ſ. eſt

Redigantur in puluerem tenuiſsimum, miſceantur deinde cum aqua roſarũ, in qua diſſolutum fuerit dragacantũ, gummi Arabicum, demum optimè incorporentur, fiantq́ue orbiculi.

AD

2008 Ministerio de Cultura

## AD ODOREM PVLuinis conciliandum.

R. Roſarum rubrarum, non apertarũ, & mundatarum, quantum voles, deinde cum in vmbra exſiccatæ fuerint, humectentur aqua roſarum, rurſusque ſiccentur, idq́; ſexies fiat. Quo facto ſumito pulueris Cyprini, cui adiunctum fuerit aliquantulum muſci, ambræ, ligni aloes, omnia bene in puluerem redacta, miſceantur cum roſis ſic humectatis optimè, relinquanturq́ue per noctem vnam, coopertæ linteo aliquo, Deinde cum in ſacculis roſæ vnà cum puluere poſitæ fuerint, claudantur, ita vt ſuturæ cum muſco, ambra, zibetto bene oblinitę ſint, quemadmodum panni cera oblineantur. Hoc autem fit, vt foramina ſuturarum obturentur. Cæterùm ſuper ſuturas lineę aurę aut ex holoſerico factę vel ſimilibus. Et hic eſt modus optimus. Quòd ſi minore pretio parare voles, ſumantur roſæ præparatæ vt ſuprà, & pro muſco, ambra, addatur puluis ſequens.

R. Gariophyllorum
Cinnamomi
Ireos. ſing. part. j.

Macis parum; miſceantur parenturq́ue



2008 Ministerio de Cultura

vt ſuprà dictum pro ſuffimentis.

## SVFFIMENTVM *Damaſcenum.*

R. Muſci fini gr.iiij.
Zibetti gr.ij.
Ambræ
Sacchari ſing.gr.iiij.
Belzoini gr.j.
Styracis calamitæ gr.iij.
Ligni aloes gr.ij.

Redigantur in puluerem ſingula, deinde ponantur in vaſe ſuffitorio, addendo aquę roſarum tantum, vt ad duos digitos emineat, vel aquæ Nanphæ: poſtea ponátur ad ignem lentum, & nō bulliat. Quòd ſi aqua conſumpta fuerit, adiungatur ſemper noua, & erit perfectum.

## ALIVD SVFFIMENTVM *Damaſcenum.*

R. Styracis calamitæ ℥.iiij.
Belzoini ℥.iij.
Ladani
Ligni aloes
Cinnamomi ſing. ℥.j.
Spermatis Ceti ʒ.j.
Muſci ℈.iiij.
Gariophyllorum ʒ.j.
Aquæ roſarum ℥.viij.

Redigantur in puluerem, & ponantur in

2008 Ministerio de Cultura

in ſuffitorio, fiatque ſuffimentum.

## LVMEN ODORATVM.

R. Caphuræ ℥.j.
Olibani ℥.ij.

Redigantur in puluerem, & cum pauca cera fiat pila, quæ cum in vaſe aliquo cum roſarum aqua impoſita fuerit, accendatur candela aliqua, & faciet lumen valde odoratum.

## COMPOSITIO EX MVSco zibetto, & ambra.

R. Ambræ ʒ.j.s. & ſuper lapide porphyrite cum oleo Iaſmini primò per ſe terito, deinde etiam muſci quantum ſatis eſſe videtur, addito. His factis ſumito
Roſ. Damaſc.
Belzoini ſing.℥.j.
Ireos ʒ.j.s.

Quibus tritis, addantur prædictis, ſcilicet, muſco & ambrę, adiungendo zibetti ʒ.j. miſcendo optimè, & fiat ad modum vnguenti, deinde ſeruetur vel in vaſe oſſeo, vel vitreo bene obturato.

## SVFFIMENTVM AD cubicula perfectum.

R. Styracis calamitę
Belzoini
Ligni aloes ſing.℥.j.
Carbonũ ſalicis optimè tritorũ ℥ v.



2008 Ministerio de Cultura

Miſceantur omnia cum tanto aquæ vitæ, quantũ ad formandã paſtam ſatis ſit, deinde formentur ſuffimenta,& ſeruentur. Quando vti voles, accẽdito ea,& ſic paulatim odorem gratiſsimum reddent.

## SVFFIMENTVM

*Ad lucernas.*

R. Ligni aloes. ʒ.ij.
Belzoini ℥ j.
Styracis calamitæ ℥. ſ.
Muſci ℈.j.
Ambræ ℈.ſ.
Aquę roſarum quantum ſatis eſt.

Et trita omnia ponantur in lucerna.

## ALIVD SVFFIMENTVM.

R. Aquæ roſarũ muſchatæ poculũ j.
Gariophyllorũ tritorum obolũ j.

Miſceantur,deinde ſumito paleam ignitam & aquam roſarum vnà cum gariophyllis imponito, & ſic conſumendo paulatim odorem facient gratum.

## SVFFIMENTVM

*Aliud ad cubicula.*

R. Thyimiamatis lib.j.
Styracis liquidæ ℥.ij.
Calamitę ℥.iij.
Ladani ℥.j.
Carbonum ſalicis
Tragachanti ſing.q.ſ.eſt.

Teran-

2008 Ministerio de Cultura

Terantur omnia, deinde carbones & dragachantum tritum per dies tres ponantur in aqua roſarum, demum miſceantur & fiat ſuffimentum.

## COMPOSITIO MVScata optima ad chirothecas odore commendandas.

Chirothecæ ſatis magnę circa ſuturas ſeuo primo inungantur, deinde bis aut ter aqua roſarum lauentur, comprimendo eas optimè. Quo facto.

R. Aquarum roſarum part. ij.
Florum myrthi part. j.
Nanphæ part. ij.

Miſceantur, deinde toties chirothecæ lauentur, donec nullum amplius odorem corij referant, demum per duos aut tres dies in prædicta aqua, quæ puluere Cyprio reſperſa ſit, relinquantur, deinde cum in vmbra mediocriter ſiccatæ fuerint, inungantur ſeuo ſequenti. Sumo ſeui quantum ſatis eſt, & cum pauco oleo Iaſmini diſſoluito ad ignem, deinde inungantur bene cirothecæ calido, donec optimè imbiberint. Quibus ſic ſe habentibus, cum panno aliquo fricentur bene quo melius ſeuum penetret: deinde diſtendantur & inflentur bene, & relinquantur ſic per diem integrum:



2008 Ministerio de Cultura

demum cum aliquoties inflatæ, & tractæ fuerint, ita vt fermè ſiccatæ videantur, ſuffiantur ſuffimento aliquo bono per dies viginti, ſingulis diebus ter, aperiendo bene chirothecas, vt fumus ingredi valeat. Interim tamé ſemper humectandæ aquarum odoratarum aliqua, deinde etiam inuoluédę in ſtrophiolo mundo: Poſtremò.

R. Muſci
Ambræ (ſ.eſt
Olei Iaſmini aut belzoini ſing. q.
Aquę odoratæ parum.

Miſceantur, & in vaſe aliquo ſtanneo liquefiant ad ignem, deinde penna aliqua chirothecas extrinſecus optimè inungito. Quòd cum factum fuerit, inungito ſuturas cum zibetto deinde inter roſas ſiccas ponito chirothecas per dies aliquot, demum per dies duos inter duas culcitras, & ſic habebis chirothecas vel imperatore dignas.

## SVFFIMENTVM IMPERATORIUM

*ad cubicula, veſtes, culcitras, linteos, & ſimilia.*

R. Corticum mali Citri, vel Limonij, vel mali arantij, vel ſi deſint, foliorum roſarum viridium, vel ſiccarum non tritarum,

2008.Ministerio de Cultura

tarũ, quantũ volueris, inungãtur zibetto ex omni parte, deinde cum ſuper carbones accenſos iniecta fuerint, fieri nõ poteſt, quin odorem ſuauiſsimũ per totum reddãt cubiculũ. Quòd ſi melius parare volueris, adde muſci pauxillũ & ambræ. Si aũt minori precio componere mauis.

R. Aquarum roſarum
Mal. arantiorum
Olei Iaſmini
Gariophyllorum aut huiuſmodi
ſing. quantum ſatis eſſe videtur
Ligni aloes parum
Styracis calamitæ
Zibetti ſing. q. ſ.

Miſceantur omnia optimè, & fiat ad modum vnguenti, quo inungantur cortices mali Citri vel arantij, deinde ponantur ſuper carbones accenſos, & ſic reddent odorem iucundiſsimum, qui diutius durat, quàm ſi odoramenta tantùm per ſe absque coticibus, carbonibus iniecta eſſent. Quòd ſi veſtimenta, pannos & alia odorem concipere voles, ponito veſtes vel huiuſmodi in capſulis bene obturatis, ita vt in medio vacuum ſpatium exiſtat, in quo ſuffimen cum carbonibus accenſis ponatur, relinquaturque ſic capſula optimè clauſa. Poſſunt



2008 Ministerio de Cultura

etiam veſtimenta interius operculo affigi, quo fumum melius recipi valeant. His factis, & aliquandiu ſic relictis, aperienda erit capſa veſtimentaque mouenda vertendaque vt partes quoque reliquę odorem concipiant, & rurſus aliud ſuffimentum vt prius imponendum, atque ſic relinquendum in capſa optimè obturata, & habebis veſtimenta non ſolùm odorata, verùm etiam ipſam capſam, quæ alijs poſtea veſtimentis abſque alio ſuffitu odorem conciliare poteſt. Cęterùm poſſunt etiam caniſtri, fiſcellæ huiuſmodi odore afflari, in quibus poſtea ea collocari poſſunt, quæ odorata habere cupimus.

## COMPOSITIO AD *orbiculos odoratos eoſque optimos conficiendos.*

R. Terræ nigrę, contritę optimè li. j. s.
Tragacanthi ℥. iiij.

Mox aqua roſarum cooperiatur, deinde in mortario contundantur bene per horam dimidiam quibus denique addatur.

Styracis calamitę ℥. j.
Gariophyllorum
Ladani
Cinnamomi
Sandali Citrini ſing. ℥. s.

Trita

2008 Ministerio de Cultura

Trita omnia addãtur ſupra dictæ paſtæ, deinde eximatur & manibus bene tracte tur paſta per horam dimidiam, atque ſic licebit tibi ex ea orbiculos conficere.

## LIQVOR REGIVS.

R. Muſci
Ambræ
Zibetti ſing. gr. iiij.

Terantur ſimul, & cum oleo amygdalarum dulcium fiat liquor, ad modum vnguenti mollis, deinde ſeruetur in vaſe aliquo ex ebore facto, optimè obturato, vteturque vt zibetto.

## SMEGMA SIVE SAPO

### *Album, muſcatum.*

Smegmatis raſi atque cum aqua roſarum bene ſubacti quantum ſatis eſt, inſoletur per dies octo, deinde addatur aqua vel lactis ex Mahaleb ℥.j. muſci gr.xij. zibetti gr.vj.
Miſceantur & fiat paſta, qua formentur pilæ.

## MODVS EXTRAHENdi

### *di lactis ex mahaleb.*

Cùm varius ſit vſus huius lactis, vt ſuperius dictũ eſt, vt modũ extrahendi quoque doceamus operæprecium eſſe videtur. Itaque R. Mahaleb quantum ſatis eſt, & cum aqua roſarum optimè in mor-



2008 Ministerio de Cultura

tario contundito, ad modum pultis craſſioris, deinde cum linteolo ſub torculari, aut inter duos orbes ſuccum extrahito. Quo facto, materia in linteolo relicta rurſus cum aqua roſarum contundenda erit, deinde etiam exprimenda: hocque tandiu faciendum, donec nihil lactis amplius emaneat. Hoc autem lac vltra dies duos vel tres incorruptum manere non poteſt. Quare eo citò vtendum erit.

## SMEGMA ALBVM *odoratum.*

R. Smegmatis Veneti, antiqui, raſi, atq; per ſex dies ad ſolem poſiti, quantum ſatis eſſe videtur, contundatur probè cũ aquæ roſarum optimæ lib. j. deinde cum igne lento reſolutum fuerit, addatur.

Ireos contriti ℥.iiij.
Amyli ℥.vj.
Sandali albi ℥.ij.
Styracis liquidę ℥.j.
Olei ſpicæ ℥.j.

Miſceantur optimè, deinde cum refrixerit, formentur pilæ.

## SMEGMA MVSCATVM *damaſcenum.*

R. Smegmatis optimi, atque ſubtiliter raſi

2008 Ministerio de Cultura

raſi lib.j.
Cinnamomi electi
Nucis muſcatæ
Styracis calamitę ſing.℥.j.
Ligni aloes ʒ.ij.
Belzoini perfecti ℥.ij.
Gariophyllorum ℥.j.

Conterátur omnia in pulurem tenuiſſimum, addendo pulueris Ciprici ʒ.j. parum muſci zibetti, deinde mergantur in aqua roſarum, poſtea cum ad ſolem dies xl. fuerint relicta, fiant pilæ, quæ ſeruandę ſunt in vaſis ligneis cum bombice.

## SMEGMA LIQVIDVM *Neapolitanum.*

R. Lixiuij fortis, quantum ſatis eſt.
Cineris Cerri part.ij.
Cineris calcis viuæ part.j.

Miſceantur & fiat lixiuium ita forte, vt oua recētia inter duas aquas natent. Huius lixiuij calidi ſumito menſuras viij. ſeui ceruini colati & mundi menſ.j. miſceantur, ponanturq́ue ad ignem ita, vt non bulliant, deinde ponantur in vaſe amplo, maximè in fundo vitreo ad ſolem tempore æſtiuo, quotidie quater aut quinquies optimè cum ligno aliquo miſceantur. Quòd cum per octo dies



2008 Ministerio de Cultura

ſactum fuerit, optimum atque perfectũ erit: & quãto magis inueteraſcit, eò etiã melius euadet. Poſtremò ſumito huius ſmegmatis quãtum voles, & in vaſe aliquo vitreo ponito, eoque ligno aliquo optimè ſubacto, tantum aquæ roſarum muſchatę, quantum ſatis eſſe videtur ſuperinfundito, deinde ad ſolem per dies octo relinquito, agitando ſingulis diebus, vt dictum eſt. Quòd ſi nimiũ denſaretur, aliam aquam nouam maximè roſarum adiungito, ita vt neq; ſiccum nimis neque molle appareat. Si verò cum muſco parare voles, ſumito muſci in mortario optimè contriti, quantum ſatis eſſe videtur, deinde cum aqua roſarum calida bene miſceatur, addaturque ſaponi prædicto, ac diligenter ſæpeque agitato: demum cum ſic aliquantulum relicta fuerint, impleantur vaſcula, vt tibi videbitur.

## SMEGMA OPTIMVM

*Ex diuerſis rebus.*

℞. Aluminis catinæ part. iij.
Calcis viuæ part. j.
Lixiuij fortiſsimi menſ. iij.
Olei communis menſ. j.
Miſceantur, deinde addatur.
Album ouorum nº. j.

Fari

Farinæ amyli ſcutellam.j.

Vitrioli Romani contriti ℥.j.

Miſcendo continuè per horas tres, dein de quieſcere per diem integrum ſinito, pòſt eximito, in fruſta ſecato, eas ad ventum non ad ſolem biduo ſiccato, & erit perfectum: quo vtere in capitis lotionibus, quoniam ſalubre eſt, redditque capillos venuſtos.

SMEGMA CVM ZIBETTO

R. Iam dicti ſmegmatis aliquandiu cum aqua roſarum ad ſolem poſiti quantum ſatis eſſe videtur, cui adde zibetti in puluerem contriti aliquantulum, & miſce. Quòd ſi etiam addas parum muſci, erit melius, modò muſcus prius cum aqua roſarum ſit maceratus.

SMEGMA EX OLEIS *diuerſis odoratis.*

Sumito iam ſupradicti ſmegmatis aliquandiu cum aqua roſarum ad ſolem poſiti, quantum volueris, cui adde olei belzoini, vel alterius olei odorati, quantum pro ſmegmatis portione ſatis eſt, miſce, & fiat ſmegma.

SMEGMA CVM ROSIS.

Sumito roſarum recentium, contuſarum quantum ſatis eſt, & miſce cũ dicto ſmegmate, vt iam dictum eſt. Hac etiam ratio-

2008 Ministerio de Cultura

ratione poteſt confici ſmegma ex alijs floribus diuerſis.

SMEGMA ALBVM ODO-
*ratum damaſcenum.*

℞. Smegmatis communis antiqui, raſi, quantum ſatis eſt, ſiccetur bene per dies octo aut decem, deinde contundatur, & cribretur, fiatque puluis, cui adde pro libris x.

Ireos ℥.iiij.
Sandali albi ℥.iij.
Mahaleb ℥.ij.
Farinæ amyli ℥.j.

Redigantur in puluerẽ omnia, miſceantur cum prædictis x. libris, & ponantur in mortario vnà cum vncia vna ſtyracis liquidę, & pauco oleo ſpicę: contundantur bene omnia ſimul, demum cum farina amyli formentur pilæ ſeu globi, ſiccentur in vmbra & ſeruentur.

ALIVD SMEGMA
*optimum.*

℞. Muſci in aqua roſarũ diſſoluti gr. vj.
Zibetti contriti gr. iiij.

Miſceantur cum ſupradicto ſmegmate. Verùm muſcum in aqua roſarum calidum eſſe oportet: & erit optimum.

SMEGMA NIGRVM
*Et durum.*

℞. Pul-

2008 Ministerio de Cultura

R. Pulueris ſupra dicti ſmegmatis li.x.
Gariophyllorum ℥.iiij.
Macis ℥.ij.
Mahaleb
Cyperi
Sandali citrini
Styracis liquidæ ſing.℥.j.
Olei odorati q.ſ.eſt

Terantur, quæ terenda ſunt, & confice modo prædicto, & erit perfectũ. Quòd ſi perfectius voles, adde muſci diſſoluti in aqua roſarum, vt ſuprà, zibetti, ſing. q.ſ.eſt, miſceantur omnia, & formentur pilæ, quæ ſiccentur in vmbra.

## SMEGMA NEAPO-litanum aliud.

R. Adipis ceruini, aut vaccini, vel vitulini, vel caprini iuuenis lib.j. ponatur in vaſe vitreato, & liquefiat ad ignem, coletur optimè, cui adde lixiuij (quòd magiſtram ſaponis vocant, nimirum primam, quoniam tres fieri ſolent) quantũ ſatis eſſe videtur, deinde ponatur ad ſolem, miſcendo continuè, donec ferè exiccatum fuerit: demum adde lixiuij ſecundæ & tertię coctionis ſimul, quantum opus eſt. Quando autem probare volueris, ſumito parum, atque inter manus confricato quòd ſi ſpumam reddat,



2008 Ministerio de Cultura

rem iam confectam habes.

## SMEGMA AD SERIca optimum.

R. Caulium fabarum M.iiij.
Calcis viuæ M.j.

Miſceantur & ponatur in colatorio, bene preſſa, in medio caua, in qua toties aquam infundito, donec colare incipiat. Sæpius enim exiccabitur, antequam ſtillare incipiat. Quibus factis ſumito huius colaturæ menſ.iiij. ſeui diſſoluti & colati menſ.j. miſceantur & coquantur ad ignem, donec ſexta pars euanuerit, deinde ponatur in vaſe aliquo ad ſolem, miſcendo per diem integrum, donec bene imbiberit lixiuium omne durumq; euaſerit, & erit perfectum.

## SEVVM NOBILISSIMVM *ad manus, & chyrothecas.*

R. Vini albi lib.iij.
Seui caprini maſculi, vel
Veruecis lib.j.

Coquantur ſimul igne lento cooperta, deinde auferantur ab igne, & cum iam deferbuerint, ponantur in patina aliqua, lauenturque aqua pura quinquies aut ſexies, deinde per noctem vnam ſic in aqua relinquantur. His factis, ſumito aquæ roſarum lib.j. Vini albi lib.ij. miſceantur,

2008 Ministerio de Cultura

ceantur, & cum dicto ſeuo coquantur ad ignem lentum, vt non recipiat fumũ, ad conſumptionem medietatis. Deinde ſumito raparum ſub cineribus coctarũ, & mundatarum lib.s. pro quaque libra ſeui, coquantur cum aqua roſarum per horam dimidiam, deinde colentur, & ponantur in mortario cum oleo Iaſmini aut Citri, aut cum pauca caphura. Quibus peractis, ſumito ſcutellam in aqua roſarum lotam, in qua formetur ſeuum, adiunctis prius ceruſſæ contritæ ℥.iij. in ſingulas libras ſeui, aut olei roſacei, & pone inter flores odoriferos, velut roſarum, per octo dies Deinde ſumito ſacculum linteum in aqua roſarum lotum, & ſeminum melonum, quantum ſatis eſt imponito, atque ſic oleum torculari extrahito, quod ſeruetur in vaſe bene obturato.

## SEVVM OPTIMVM EX *pomis, quod pomatum vocant.*

Sumito pomorũ odoratorum & mundatorum n°. xvj. vel xx. incidantur in quatuor partes, in quarum qualibet, ponantur quatuor aut ſex gariophilli, deinde cum aqua roſarum in patinam vitream coopertam ita, vt roſarum liquor emi-

2008 Ministerio de Cultura

emineat, & relinquantur per diem integrum. His factis eximantur, ponanturq́; in ollam vitreatam vnà cum tribus libris axungiæ porcinæ recentis conciſæ ad ignem lentum, deinde coletur ita, vt colatura cadat in vas aquæ frigidæ plenum. Hoc autem per triduum vel quatriduum faciendum, vt purior reddatur axungia, aqua quotidie mutata. Quę cum facta fuerint, ſumito ſeuum illud purgatum, & colato, cui adde ſpicæ nardi parum, gariophyllorum ℥.ij. Cinnamomi ℥.j. ſandali citrini ʒ.ij. belzoini, ſtyracis calamitę ſing. ℥.j. Contundantur & ponantur in panno lineo ſubtili ita vt non excidant, deinde bulliant omnia ſimul igne lento, & procul à flamma, per horas quatuor aut ſex, donec roſarum aqua omnis euaneſcat, miſcendo aliquando, ne fumũ oleat. Quando autem ſatis coctum fuerit, adde ceræ albę ℥.viij. coquantur per horæ quadrantem, ſubinde miſcendo, deinde auferatur ab igne, maneatque ſic per alterum horæ quadrantem, donec fæces reſideant. Quibus factis, coletur paulatim per pannum lineum ſubtilẽ, ita vt fæces in fundo remaneant, in vas aliquod vitreatum, in quo aqua roſarũ ſit infuſa.

2008 Ministerio de Cultura

infuſa. Quum verò deferbuerit, & concretum fuerit, in quatuor diuidatur partes, ponaturque in ollam vitreatam cum aqua roſarum muſcata pauca, miſcendo bene, vt in vnum confluat corpus. Si verò miſceri non poſſent, aliquandiu ad ignem ponito admodum lentum, quouſque optimè miſceantur, deinde ſeruetur.

## SEVVM POMATVM *aliud.*

R. Pomorum odoratorum quantum ſatis eſt, quæ coquantur, & ſeminibus exemptis, contundantur, perq; linteum exprimantur deinde adde axungiæ caprinæ colatæ, æquale pondus, coquantur in vaſe vitreato, donec roſarum aqua omnis fuerit conſumpta, demum addatur muſci, gariophyllorum, nucis muſcatę, leuiter contritæ, ſing. q.ſ. eſt, coquantur ſimul, coletur materia, vt ſuprà, & ſeruetur.

## ALIVD POMATVM.

Axungia porcina recens vnà cum roſarum aqua ponatur in ollam vitreatam ad ignem, deinde coletur, immittaturq; in aquam frigidã per dies decem, lauando diebus ſingulis decies, toties aqua mutata. Poſtea ſumito poma odorifera,

à ſe-

2008 Ministerio de Cultura

à ſeminibus purgata atque in partes aliquot inciſa, ponantur in aqua roſarum per triduum, deinde accipito quindecim gariophyllos per integrũ diem in aqua frigida purgatos, atque inciſos, miſceantur & coquantur omnia igne lento in aqua roſarum per horam vnam, ſpumando bene, quibus poſtea addito ceræ albæ ℥.iij. & rurſus bulliant aliquandiu: deinde cum colatum optimè fuerit, relinquatur ſic per noctem, deinde totum ſeuum album colligito. Quoniam autem in fundo fæces hęſerunt, oportet vt in mortario cum aqua roſarum optimè ſpatula agitentur: & quantum melius agitatum fuerit, plusque aquæ roſarum adiunxeris, tantò purius euadet. Quibus factis, ſumito axungiæ tenelli porci, quantum ſatis eſt, ponito in aquam frigidam per dies quatuor, aquis diebus ſingulis mutatis, pòſt membranis, cartilaginibus, & id genus alijs exemptis, R. Poma viginti odorata, ac ſingula in quatuor partes ſecato, corticem ſeminaque eximito, & contundito, ſingulis pomis quatuor gariophyllis adiectis. Quando autem axungia in roſarũ aqua cocta fuerit tandiu, donec omnis roſarũ aqua emanauerit igne admodum lento, addan-

2008 Ministerio de Cultura

addantur poma contuſa, parum cinnamomi, ſpicæ nardi, nucis muſchatę, & huiuſmodi, & coquantur, deinde coletur & ſeruetur. Quòd ſi parum ſeui vitulini colati adiungatur, melius erit.

## PILAE AD TOLLENDAS *maculas olei & ſeui.*

Accipito ſmegmatis liquidi, quo panni è lana purgantur, quantum par eſt, cui addito cineris vitium, aluminis vſti, tartari in puluerem redacti ſing. quantum ſatis videatur, miſceantur omnia ſimul diligenter, & formentur pilæ, quibus vtere maculis delendis.

## DVLCIARIA SIVE CONfectiones *Muſchatæ.*

R. Tragacanthi in aqua roſarum liquefacti, & dealbati q. ſ. eſt, ex quo in maſſam adducto nucis auellanæ inſtar ſumito, in mortario tundito, ſubinde ſacchari optimi addito: itemque muſci in roſarum aqua diſſoluti gr. s. Miſce & fiat paſta quæ incidetur prout placuerit. Quòd ſi meliores cõficere volueris, adde plus muſci & ſacchari, deinde etiam aliquantulum macis in puluerem redacti, miſcendo cõtinuè: pręterea adiungito etiã parum farinæ amyli, vel quod melius eſt, pulueris ſandali rubri miſcendo,

2008 Ministerio de Cultura

vt in maſſam cogatur. Hanc in partes aliquot ſecato, atq; in vmbra ſiccato. Quòd ſi hoc coloribus libet variare, quos volueris addere licebit, bene attritos, modo ne venenati ſint. Poſſunt quoq; auro vel argẽto tegi, vt reliquæ cõfectiones.

DVLCIARIA REGIA.

R. Gummi Arabici ℥.v.
Sacchari perfecti ℥.iiij.
Amyli ℥.iij.
Muſci gr.cxx Miſceantur vt ſuprà.

DENTIFRICIVM
*perfectiſsimum.*

R. Corall.rub. ℥.iiij.
Terræ Maioricę ℥.ij.
Oſsium Sepiarum
Pumicis ſing. ℥.j.
Gariophyllorum
Cinnamomi
Maſticis ſing. ʒ.j.
Margarit.alb. ℥.s.
Sang.Drac. ℥.j.
Muſci gr.iij.

Redigantur in puluerem ſingula, & cribrentur, deinde miſceantur, cum tragacantho, in roſarum aqua macerato ad modum paſtę, & fiant dentifricia, quo dentes confricati, reddentur albiſsimi, & à corruptione conſeruabuntur.

VI.

## VINVM HIPOCRATICUM *perfectum.*

R. Cinnamomi electi ℥.j.
Gingiberis ʒ.ij.
Granorum paradiſi ʒ.iij.
Gariophyllorum ℈.j.
Nucis muſchatæ
Galangæ ſing. ℈.s.

Redigantur in puluerem, & miſceantur, ponanturq́ue in colatorio. Deinde ſextarij quadrantem boni vini albi aut rubri, Vini Cretici vel alterius optimi quartarium: deinde ſumito ſacchari albiſsimi lib. j. diſſoluti in alio vino, atque reliquis ſuperinfundito, toties iterando, donec clarum lucidumq́ue euadat. Atq; hęc pro ea mẽſura vini ſatis ſunt. Quòd ſi plus facere voles, ſpecies quoque pro vini portione augeto. Poteſt etiam addi aliquantulum muſci in linteo poſiti, circa colatorij fundum alligati, vt muſci odorem recipiat.

FINIS LIBRI SECVNDI.

g

2008 Ministerio de Cultura

# D. ALEXII PE-
# DEMONTANI DE
# SECRETIS
*Liber Tertius.*

## SECRETVM ELEGANS
*Ad condiendum mala citria atque huius generis alia.*

MAla citria vel arantia, vel alterius generis fructus inciſa, & ab interioribus mundata, bulliant in aqua fontana per ſemihoram, donec aliquantulũ molleſcant, deinde eximantur, ponanturque in aliam aquam frigidam per dies octo, bis quotidie aqua mutata, manè ſcilicet, & veſperi ad ignem ponatur, donec caleſiant, tantùm nõ bulliant, quód itidem bis faciendum eſt. Quidam verò ſemel tantùm in die ponunt ad ignem, ne nimium poma molleſcant, mutantq; aquá veſperi tantùm, vt amaritudo omnis auferatur. Quę cũ ablata fuerit, ſumi to ſacchari, vel mellis purgati atque pręparati, vt inferius docebitur, in quo ponantur

2008 Ministerio de Cultura

nantur mala Citria, prius aliquo modo exiccata, quod fiet, ſi relinquatur per noctem integrā, maximè tēpore ęſtiuo: in hyeme verò in loco aliquo commodo per horas tres, deinde in ſaccharo vel melle per diem naturalem maneant. Quibus ſic factis, eximātur ex melle vel ſaccharo, atque ipſum mel vel ſaccharū ad ignem lentū bulliant per horam dimidiam, deinde cum deferbuerit bene, inijciantur mala rurſus. Atque ſic per biduum faciendū, donec ad iuſtam craſsitudinem ipſum mel vel ſaccharum coctum fuerit. Quòd ſi melle vti velis, bis erit purgandum, & colandum ſecundū artem, vt infra docebitur. Quòd cū factum erit, immittātur mala Citria, & bulliant igne lento ad horæ quadrantem, poſtea auferantur ab igne, ſicq; diem integrum maneant. Sequenti verò die iterum ad ignem coquantur per horam dimidiam, atque ſic per duos dies faciendum, vt mel, vel ſaccharum vnà cum malis Citrijs perfectè conficiatur. Tota enim ars conſiſtit in coquēdo omnia ſimul, aut etiā in ſolo melle, vel ſaccharo. Nā ſi min⁹ rectè coquatur facilè fumū redolebit: ſin verò optimè, & rectè coquatur, res erit ſtomacho amica, & pretioſa.

g 2 Hac

2008 Ministerio de Cultura

Hac etiam via & ratione alij fructus cō-diri queunt, vt mala perſica matura inte-gra, limonia, arantia, poma, nuces viri-des immaturæ, & earum nuclei, & ſimi-lia pro diuerſitate fructuum.

## MODVS PVRGANDI ET *præparandi mellis vel ſacchari, ad condienda mala Citria vel alia huiuſ-modi.*

Sumito in decem libras mellis, duo-decim alba ouorum, aquæ fontanæ po-culum dimidium, miſceantur bene con-tundendo, deinde vnà cum melle po-nantur ad ignem lentum, per quartam horæ partem, poſtea cum ab igne remo-tum & optimè deſpumatum fuerit cole-tur, & erit clarum & purum ad condien-dos omnis generis fructus. Quando au-tem mala Citria condire voles, ſumito in ſingulas libras, mellis libras duas. Hoc etiam modo ſaccharum præparari poteſt. Verùm ſi cum ſaccharo condien-da ſint, ſumito in ſex libras malorum, ſacchari libras nouem, & erunt optimè condita. Hoc autem hac ratione fit, quo-niam mel plus in ſe continet excremen-torum, quàm ſaccharū, ideo tertia parte plus mellis eſt opus. Quòd ſi hác ratio-nem

2008 Ministerio de Cultura

nem ſequaris, ſemper opus perfectum facies.

## MALA PERSICA HISPAnorum modo confecta.

R. Malorum perſicorum, magnorum, mundatorum & inciſorum, quãtum volueris, ponantur ad ſolem biduum, & manè & veſperi voluantur, deinde ſic calida in ſyrupum ſacchari dicto modo præparati conijciantur, demum eximantur, atque rurſus ad ſolem ponantur, eodem modo ſæpius reuoluendo, donec ſiccentur optimè. Quibus peractis, rurſus in ſaccharum inijciantur, mox etiam ad ſolem exponantur. Hoc autem tertiò & quartò faciendum, donec cruſta inducetur. Quòd cũ factum fuerit, ſeruetur in tempus hybernũ & erũt pretioſa.

## DIACITONIVM SIMplex paratum modo Valentinorum, quo etiam vtuntur Genuenſes, in fruſta vel placentarum formam confectum.

R. Malorum Citoniorum, mundatorum quantum volueris, coquantur in aqua donec aperiantur, deinde per pannum linteum pulpa exprimatur optimè, addendo libras octo, tres libras ſacchari candidiſsimi, miſcendo continuè

 cum

2008 Ministerio de Cultura

cum ſpatula lignea, & coquendo igne admodum lento, quouſque perfectè cocta fuerint. Satis autem cocta eſſe cognoſcuntur ex hoc, nempe cũ è cacabo exempta minimè adhæreſcunt, ſed ſponte ſequuntur. Quòd ſi cum muſco parare voles, ſumito muſci parum, & cum ſaccharo in puluerem redigito, deinde cũ in cacabo poſitum fuerit, miſce bene. Sin verò cum aromatis voles, accipito Cinnamomi, Gariophyllorum, Nucis muſchatæ, Gingiberis q. ſ. eſt, & miſceâtur. Verùm muſcus cum pauco aceto antea erit parum coquendus. His omnibus ritè adminiſtratis, ſumito tantum ex caldario, quantum ad vnam placentam ſatis eſſe videtur, & ſupra menſam, ſupra quam ſaccharum in puluerem redactum ſparſum fuerit, deinde formentur placentæ ad libitum, demum ſiccentur ad ſolem. Cum verò omnes ſimul poſitę fuerint, muta & reuolue ſæpius, interpoſito ſemper aliquantulũ ſacchari contriti, hocq́ue toties cum ſaccharo faciendum, donec inducetur cruſta, Atque ſic habebis Diacitonium optimum, ſuauiſsimum omnium, & cordi amicum. Hac etiam ratione licet mala perſica, pira, & alia huiuſmodi condire:

& eſt

2008 Ministerio de Cultura

& eſt res optima, pulcherrima, & quouis principe digna.

## AD CONDIENDVM MA-
*la inſana cum ſaccharo, modo Genuenſium, quæ Longobardis mala diſdegnoſa vocantur.*

R. Mala inſana, non matura, ſed inſtar nucis parua coquantur in aqua, donec molleſcant, deinde ſiccẽtur bene, & immergantur in ſyrupum ſacchari ſuperius præparati, & in eo relinquantur per dies viginti, demum eximantur, & ſyrupus per ſe coquatur ſecundum artem, vt ſuperius dictum eſt. Poſtea rurſus immergantur per dies quatuor, quouſque tota humiditas extracta fuerit: qua extracta, ſeruentur in vaſis, & erunt optima.

## PASTA EX SACCHARO
*Facta, ex qua variæ fructuum, vaſorum, & animalium formæ confici queunt, quæ tamen eſui non ſolùm ſunt apta, ſed etiam ſuauiſſima.*

R. Tragacanthi in aqua roſarum liquefacti quantum ſatis eſt, deinde in ſingulas vncias quatuor ſacchari ſumito huius



2008 Ministerio de Cultura

tragacanthi liquefacti ad fabæ magnitudinem, ſucci malorum limoniorum ʒ.j. vel ʒ. j.s. ex albo ouorum parum contundantur primò tragacanthum in mortario bene, donec ferè in aquam reſolutum fuerit, deinde adde ſuccum limoniorum vnà cum ouorum albo miſcendo probè. His factis, adde ſacchari albiſsimi in puluerem contriti ℥. iiij. paulatim quidem, & fiat paſta, quæ eximatur, atque cum ſaccharo optimè ſupra menſam ſubigatur vt farina, donec reducatur in mollem paſtam, ex qua deinde variæ formæ fieri poſsint. Quod cum factum fuerit, ligneo cylindro, hoc eſt, tereti ligno complanetur, tenueturq; paſta, vt variæ inde formæ cōfici queāt. His formis & confectionibus in conuiuijs vti licebit pro alijs vaſis, modò cibis calidis non impleantur, in fine verò ijs omnibus veſci vtpote guſtui ſuauibus & gratis. Quòd ſi ſuauiores volueris, ſumito amygdalarū dulciū mundatarum & contuſarū optimè, ſacchari optimi, aquæ roſarū, ſing. q.ſ. eſt. miſceatur & fiat paſta, vt in Mazapanib. fieri ſolet: deinde ponatur inter partes duas prędictæ paſtæ, vel formæ ita vt in medio ſita fuerint, absque perceptione extrinſeca,

&

2008 Ministerio de Cultura

& habebis vaſa admodum iucunda & elegantia.

## CONDITVM EX MElonibus perfectum.

R. Melonum non bene maturorum, inciſorum & mundatorum quantum volueris, qui cum in aceto optimo per dies decem fuerint, eximantur, atque aliud acetum optimum ſuperinfundatur, in quo maneant per totidem dies, diebus ſingulis miſcendo. Quibus ſic ſe habentibus eximantur, & ponãtur ſuper pannum lineum per diem & noctem, vt ſiccentur aliquo modo in vmbra, poſtea ponantur in melle per dies decem, bulliantque ſingulis diebus ſemel, demum eximantur, ponanturque in vaſe aliquo aſperſa puluere ſequenti.

R. Gariophyllorum
Gingiberis
Nucis muſcatæ
Cinnamomi ſing. q. ſ.

Miſceantur & fiat puluis ſubtiliſsimus, qui cum ſupradictis vbicunque aſperſus fuerit, adde mellis albi optimiq́;, quantum ſatis eſt, & ſerua.

## MELONES SIVE PEPOnes quomodo dulces perfectique reddi poſsint.

 Melo-

2008 Ministerio de Cultura

Melonum ſiue peponum ſemina, in ea parte qua paulum hiant, ponantur in ſaccharum diſſolutum in aqua per tres aut quatuor horas, addẽdo parum aquæ roſarum, deinde extracta & exiccata plãtentur, naſcentur melones optimi, & ſuauiſsimi. Quòd ſi muſcatos voles adiunge aquæ muſci, & cinnamomi aliquantulum, & habebis perfectiſsimos. Hoc eodem modo cucumeris ſemina emendari poſſunt.

AD CONDIENDOS A-*rantiorum cortices, quouis anni tempore, potiſsimum verò in Maio, cum mala maiora, corticeſque craſſiores fuerint.*

R. Corticum arantiorum in quatuor aut ſex partes inciſorum quantum volueris, ponantur in aqua fontana per dies decem, plus minúſue donec perlucidi ſint, deinde ſiccentur in aere linteo inuoluti panno donec fuerint ſatis ſicci, demum in ahenum immittãtur, vbi tantum mellis ſit, vt media pars extet, coquendo aliquantum miſceantur, mox auferantur ab igne, ne mel nimium coquatur relinquanturque ſic per dies quatuor in iam dicto melle, miſcendo quotidie. Hoc autem tertiò faciendum erit,

2008 Ministerio de Cultura

erit, coquendo prius parum, deinde relinquendo, vt iam dictum, per dies tres. Quibus omnib. factis, cortices ex melle eximantur coquanturque in tanto melle, quantum tibi ſatis eſſe videbitur, non quidem diu, deinde ponãtur in vaſe aliquo, addito gingiberis, gariophyllorũ, cinnamomi, ſing. q. ſ. eſt: miſce & ſerua tanquam rem optimam. Scito mel illud ipſum valere etiam ad condienda alia.

## AD CONDIENDAS *nuces.*

R. Nucum dum adhuc teneræ ſunt, & virides quantum volueris, perſorentur quatuor aut ſex locis, & immittantur in aqua fontana per vndecim dies, plus minúſue, pro vt videbitur, deinde coquantur in melle, vt de arantijs dictum eſt, niſi quòd quater plus coqui debeant, propterea quòd plures etiam ſint. Illud autem obſeruandum, vt mel recens ſubinde addatur, propterea quòd coquendo minuatur. Poſtremò adiungenda quoque ſunt aromata, quemadmodum de arantijs factum eſt, niſi quod minus gariophyllorum addatur quoniam nuces amaras reddunt.



2008 Ministerio de Cultura

## AD CONDIENDAS *cucurbitas.*

R. Cucurbitarum in partes ſecundum longitudinem inciſarum,& mundatarũ, quantum volueris, deinde aquam feruentem ſuperaſpergito cucurbitis,deinde cum ſic per nouem dies factum fuerit, coquantur ad ignem mediocriter, nimirum tantùm, vt nimium ne molleſcant. Quæ cum deinceps in vmbra in panno linteo exiccatę biduum fuerint, coquantur in melle, vt de arantijs dictum eſt.

## AD CONDIENDA PIRA *apiana, quæ muſcatella dicuntur.*

Pira muſcatella ſemel tantùm in melle coquantur additis aromatibus vt ſuprà. Verùm condimenta hæc omnia maiorem aromatum copiam deſiderant pro ventriculi remedijs.

## MVSTACEA NEAPOLItana nobiliſsima & ſuauiſsima quæ & recreant ventriculum, & halitum bonum reddunt.

R. Sacchari albiſsimi lib.iij.
Floris farinæ lib.vj.
Cin namomi ℥.iij.

Nu-

2008 Ministerio de Cultura

Nucum muſchatarum
Gingiberis ſing.℥.s.
Piperis ℥.j.
Mellis albi, crudi, non deſpumati ℥.iij.

Fiat prius cum farina circulus, in quo ponatur ſaccharum, ita vt in medio contineatur, cui deinde addito aquæ roſarũ muſcatæ lib.j. miſcendo & agitando cõtinuè, donec ſaccharum reddatur inuiſibile. His factis, adde aromata & mel, miſcendo probè manibus vnà cum farina, è qua tantum dematur, quantum ſatis erit ad ſpargendum teſtum. Quo facto, manu muſtacea ſecentur, ea magnitudine vt ſingula vncias tres contineãt. Quibus omnibus peractis, ponantur in teſtam, in cuius fundo farina ſit ſparſa, & coquantur ſic in fornace, donec ſatis eſt, deinde auro obducantur.

FINIS LIBRI TERTII.

2008 Ministerio de Cultura

# D. ALEXII PE-DEMONTANI DE SECRETIS

## *Liber Quartus.*

AQVA ODORIS PRAE-*ſtantiſsimi ad faciem qua ſudaria imbuta atque ad tergendam faciem adhibita reddunt cutem albam, coloratamq́; quantoque plus fricatur, tanto venuſtior redditur, ſeruant autem eam vim ſudaria per menſes ſex vt experientia docuit.*

℞. Aluminis loti & vſti lib. j.
Vini Cretici non dulcis menſ. ij.
Paſtæ chryſocollæ ℥. vj.
Tragacanthi albi lib. j.
Gummi arabici ℥. iij.

Infundantur omnia in vino Cretico per biduum donec liqueſcant, in vaſe optimè obturato, ne quouis modo exhalare queant, addendo menſuras duas lactis caprini. Deinde ſumito

Argenti viui ſublimati, calcinati in fornace bene clauſa ℥. ix.

Ce-

2008 Ministerio de Cultura

Ceruſſæ Alexandrinę, ſine plumbo, primo in panno lineo cum oui albo inuolutæ, deinde in lixiuio coctæ, vſque ad conſumptionem tertiæ partis lib. ij.

Mellis crudi & albi lib. ij.

Terebinthinæ Alex. lotæ lib. iij.

Aceti diſtillati pocula iij.

Gingiberis in puluerē cōtriti ℥. vj.

Coquantur ſimul cum aceto, donec tertia pars fuerit abſumpta Adde

Myrrhę contritæ ℥. iij.

Litargirij contriti, & in tribus poculis vini albi cocti vſque ad conſumptionem tertiæ partis ℥ iij.

Miſceantur cōtinue per horas ſex. Quibus omnibus factis, addantur cochleæ abſque teſtis nº. 50.

Caphuræ ℥. j.

Gallinam pinguem deplumatam, atque in partes ſectam

Arantiorum mundatorum, à cortice & ſem. nº. ij.

Limoniorum mundatorum à cortice & ſem. nº. xij.

Alba ouorum ad duritiem cocta & cum cinnamomo ſubacta nº. xxv.

Sacchari candidi ℥. vj.

Miſceantur omnia, & ponantur in cucurbitam vitreā, diſtillenturq́; in balneo Mariæ.

2008 Ministerio de Cultura

Mariæ. Et ſic prima aqua quæ exit, erit alba, ſecunda albior, tertia albiſsima, quæ per ſe poſita, miſceatur poſtea cum vltima, atque cum iterum confecta fuerit, ſeruetur & erit optima, excepta media, quæ omnium eſt ad faciem venuſtandã præſtantiſsima. Quòd ſi ſtrophiola, vt ſupra dictum eſt conficere voles, ſumito ſtrophiola non valde ſubtilia, quæ cum in catino poſita fuerint, aqua iſta cooperiantur, relinquãturque ſic per horas ſex, deinde diſtendantur ita, vt aqua rurſus in catinum defluat: & cum iam bene fuerint exiccata, denuò in prædictam aquam immittantur vt antea per ſex horas, & exiccentur. Quod cùm ſepties factum fuerit, rem confectam habebis ad faciem vel ipſis dignam Reginis.

## AQVA CVTEM EX *pallida coloratam reddens.*

Sumito pullos columbinos albos, hos diebus quindecim nucibus pineis paſcito, deinde eos aperito & capita, pedes inteſtinaque abijcito. His peractis.

R. Panem dimidium

Aluminis Zuccharini q. ſ.

Foliorum auri nº. 500.

Argenti nº. 300.

Medul-

2008 Ministerio de Cultura

Medullas panis candidiſsimi, in lacte amygdalarum dulcium mollitas n°. iiij.
Medullę vituli, aut bubuli, aut axungiæ porcinę recentis lib.j.
Miſceantur omnia, & diſtillentur, & habebis aquam perfectiſsimam.

AQVA AD FACIEM COMmendandam, *ita vt mulier ea viens etiam natu grandior non videatur excedere annum vigeſimum, aut vigeſimum quintum.*

Sumito pedes vituli duos, & in lib. xviij. aquę fluuialis coquito, vſq; ad cóſumptionem medietatis. Deinde adde.
Orizæ lib.j.
Medullas panis in lacte mollitas n°.j
Butyri recentis lib.ij.
Alba ouorum cum cort. n°.x.
Miſceantur omnia & coquantur, deinde diſtillentur, quouſque omnis aqua exierit, cui denique adde, Caphuræ, Aluminis zuccharini, ſing. parum, & erit optima.

AQVA AD FACIEM *& alias corporis partes commendandas.*

R. Chryſocollæ ſiue boracis ℥.ij.
Aluminis rupei

Sciſ-

2008 Ministerio de Cultura

Sciſsilis

Squamoſi ſing. ℥.j.

Caphuræ ʒ.ij.

Redigantur in puluerem ſingula, deinde miſceantur, ponanturq́ue in phialam vitream, quam aqua fontana repletam diligenter obturabis. His factis ponatur ad ignem per horas duas, deinde auferatur, & cum refrixerit, ponatur in aliam phialam, addendo duo alba ouorum recentium, bene cum omphacio agitata, miſceantur, ſintq́ue in Sole per dies viginti & habebis aquam perfectiſsimam.

## AQVA CVTEM REDdens albam, Solisq́ue aduſtionem auferens.

℞. Aquæ pluuiæ

Omphacij ſing. menſ. dimidiam

Coquantur ſimul vſque ad conſumptionem medietatis, deinde inter bulliendum addito ſucci limoniorum tantum, quantum bulliendo antea euanuit, demum cum cocta ſatis fuerint, auferantur ab igne, addanturq́ue ouorum recentium alba concuſſa nº. iiij. poſtquam deferbuerint, ſeruetur ad vſum.

AQVA

2008 Ministerio de Cultura

## AQVA QVAE REDDIT
### *faciem iuuenilem, ita vt quintumdecimum annum mulier non videatur excedere.*

R. Sulphuris viui ℥.j.
Olibani albi ℥.ij.
Mirrhæ ℥.ij.
Ambræ ʒ.vj.

Redigantur in puluerem ſingula, deinde miſceantur addendo aquæ roſarum lib.j.& diſtillentur. Aqua deinde in vaſe aliquo obturato erit ſeruãda, qua ſi quis vti volet, veſperi cum itur cubitum hac lauet faciem, deinde manè lauet faciem aqua fontana, & erit facies venuſtiſsima.

## AQVA FACILIS
### *ad idem.*

R. Alba ouorum recentium concuſſa bene n°.viij.

Colentur, quibus deinde adde
Aluminis zuccharini
Squamoſi
Chryſocollæ ſiue borracis
Caphuræ ſing. ℥.j.
Aceti ℥.viij.
Aquæ florum fabarum ℥.ij.

Conterantur omnia & miſceantur, deinde ponantur in phialam aliquam vitream obturatã ad ſolem per dies quin-

decim,

2008 Ministerio de Cultura

decim, miſcendo quotidie bis aut ter. Hæc aqua cum poſtea in aliam phialam fuerit iniecta, ea vti poteris hoc modo. Lauetur primò facies, deinde paulò pòſt fricetur facies purpureo. Hac quidem aqua ſi vtentur mulieres etiam ſexaginta annos natæ, facies earum ita reddetur venuſta, vt videantur annorum quindecim.

## MEDICAMEN FACIEI
*aliud ſplendidum & quauis Regina dignum.*

Sumito malum limonium magnum, in ſuperiori parte paululum inciſum ita, vt carnis ſuccoſæ inſtar nucis extrahi queat. Deinde ſaccharo candido vnà cum ſex auri folijs impleto, clauditoque rurſus foramen operculo ſuo, acicula infixa ne decidat. Quo facto inter prunas rectum collocato, ne effluat: dumq; ebullit reuoluito, donec aliquandiu ſudauerit, mox ab igne auferto: cumq; vti voles digitum in foramen inferto, faciemque panno lineo ſubtili fricato, & eſt res optima.

## AD MACVLAS FACIEI *probatum.*

R. Farinæ lupinorum
Fellis capræ

Succi

2008 Ministerio de Cultura

Succi limoniorum
Aluminis Zuccharini ſing. q. ſ. eſt.

Miſceantur & fiat vnguentũ quo inungãtur pani cùm cubitũ itur, & ſanabitur

MODVS PARANDI Aquam *ſeu lachrimam vitium.*

R. Florum vitrorum ℥. j.
Aluminis rupei ℥. j.
Zuccharini
Chryſocollæ ſing. ℥. ij.
Caphuræ ℥. j.
Aquæ vitium menſ. j.

Miſceantur omnia, & ponantur ad ſolem per menſem vnum, & ſeruentur.

AQVA AD FACIEM *illuſtrandam.*

R. Pineorum viridium, mundatorum & inciſorum, quantum ſatis eſt, ponantur in lacte per dies tres, quotidie addendo nouum lac, deinde cum ſequentibus rebus diſtillentur, quæ ſunt huiuſmodi.

R. Vitri contriti ℥. iiij.
Coral. rub. ℥. ij.
Sacchari candidi ℥. iiij.
Aluminis ℥. j.

Miſce & fiat puluis. Deinde.

R. Argenti viui cum ſaluia mortificati ℥. j. s.
Oua recentia vnà cum corticibus, rupta

2008 Ministerio de Cultura

rupta & concuſſa n°.xij.

Terebinthinæ nouies lotæ ℥.iiij.

Cochleas marinas candidas, quas vendunt ſuffitores ℥.ij.

Cochleas terreſtres n°. 50.

Contundantur ſingula, & miſceantur, deinde pars aliqua ponatur in cucurbitam vitream, deinde pars aliqua pulueris, poſt pars terebinthinę, demum pars cochlearum, aliud ſuper aliud ponendo, donec cucurbita ſit plena. Poſtremò addito vini albi menſuram vnam, & diſtilla igne lento, & ſeruetur in vaſe vitreo. Hæc autem aqua cutem reddit albam, ſplendidam, etiam ſi rugoſa fuerit.

AQVA MELONVM ALborum, *ad faciem illuſtrandam.*

℞. Melones albos à corticibus mundatos quot opus erit: eosq; in fruſta vnius digiti craſsitudine ſecato. Deinde

Aluminis zuccharini ℥.iiij.

Vſti ℥.j.

Argenti viui mortificati ℥.j.

Cochlearum marinarum alb. ℥.ij.

Terebinthinæ lotę lib.j.

Oua recentia & cum cort. contuſa n°.xij.

Limoniorum alb. in fruſta inciſorum, quantum volueris.

Sac-

2008 Ministerio de Cultura

Sacchari ℥.iiij.
Lactis caprini
Vini albi ſing.menſ.j.

Hæc omnia ponantur in cucurbitam vitream, aliud ſuper aliud, vt antea dictum eſt, deinde diſtillentur igne lento, donec aqua omnis exierit, demum ſeruetur in vaſe vitreo ad vſum, & erit optima. Similiter parantur aquæ ex anguineis cucurbitis, ex rubi cimis & floribus nec non ex floribus fabarum & maluæ, & labruſcarum & ſimilium.

## AQVA CVCVRBI-
### *tarum perfecta.*

R. Cucurbitas à corticibus mūdatas, & in partes rotūdas inciſas, quot volueris.
Aluminis zuccharini ℥.vj.
Sciſsilis ℥.j.
Myrthæ ʒ.j.
Terebinthinæ lotę lib.s.
Oua recentia & contuſa n°.iiij.
Limonia inciſa n°.vj.
Cochlearum quantum volueris
Vini albi menſ.j.

In puluerem redigenda, redigantur & miſceantur, facienda ordinem primum ex ſaccharo, deinde ex pulueribus, tertium ex cochleis, demum ex vino, limonijs & ouis, atq; ſic igne lento diſtillentur,

2008 Ministerio de Cultura

lentur, donec omnis aqua extracta fuerit, poſtea ſeruetur in vaſe aliquo vitreo per dies octo aut quindecim. Similiter fit etiam aqua ex cucurbitis marinis omni tempore.

PVLCHERRIMVM AD *faciem, generans cutem nouam & pulcherrimam.*

R. Oua recentia n°.iij.

Ponantur in aceto per dies octo, donec ita molleſcant, vt cortice vnà cum vitellis dextrè manibus ſeparare poſsitis, deinde ponantur in ſcutellam vitreatam, addendo:

Terebinthinę lotę
Sacchari Candidi
Caphuræ
Floris æris (emi poteſt.
Aluminis ſing. quantũ ſex obolis

Quibus redactis in puluerem, ſumito,

Argenti viui cum ſaliua, vel ſucco limoniorum macerati quart.ij.
Olei tartari ℥.iij.

Cœparum liliorum, in vino coctarum, deinde per linteum expreſſarum n°.j. quibus miſtis omnibus vnà cum ouorum vitellis bene contuſis, cum ſucco limoniorum duorum, mane & veſperi, inungatur facies, collum & pectus, deinde

2008 Ministerio de Cultura

de cum per ſe ſiccata, ſicq; per octo dies relicta fuerint, ſequenti medicina auferantur, quæ huiuſmodi eſt.

R. Furfuris
Maluę
Matris violarum
Corticum fabarum
Medullæ panis ſing. q. ſ. eſt.
Mellis non deſpumati, non ita parũ

Miſceantur & tandiu coquantur, in ſatis copioſa aqua donec ea tactui appareat molliſsima, deinde auferatur ab igne, atque in vas anguſti oris effundatur, vt fumum, tanquam ex vaporario, facies in eum prona ad ſudorem vſque recipiat. Quando autem probè ſudaueris, ſumito medullam panis, in prædicta aqua ſed prius colata imbutam, cum qua faciem, & partes omnes, eo medicamine illitas, confricato leuiter: quoniam cutis illa noua admodum ſubtilis eſt. Quum verò facies à prædicto vnguento purgata fuerit, ſubitò aqua ſimplici lauetur, & ſiccetur ac rurſus lauetur aqua aliqua diſtillata, in qua nihil erodens ſit quater aut ſexies. Quòd ſi fortè fortuna aliquid vnguẽti eſſet relictum in facie, vel in alijs partib. partes ſupradicta medulla panis fricentur, aut panno aliquo linteo,



2008 Ministerio de Cultura

teo, in aqua diſtillata immerſo, & ſic videbis primam cutem aſperam & craſſam eſſe mutatam, & nouam, id eſt, pulcherrimam & tenuem reductam. Verùm cauendum, ne quis ante dies octo exeat, neque in aëre degat, neque etiam ad ignem accedat ne cutis admodum ſubtilis comburatur, vel corrumpatur.

## OLEVM AD FACIEI NAturalem ſed nimium ruborem diluendum experimento comprobatum.

R. Sem. Malorum perſicorum ℥. iiij.
Cucurbitarum ℥. ij.

Contundantur, & fiat oleum, quo inungatur facies manè & veſperi, & faciei rubor ille extinguetur.

## AQVA EX TALCO PERfectiſsima ad faciem.

R. Talci foliati ſubtiliter lib. j.

Redigantur in puluerem cũ pauco oleo amygdalarum dulcium, addendo ſalnitri combuſti lib. ij. quibus miſtis, & in ollam poſitis, in fornace reflexa relinquatur per dies quatuor. Quod cum factum fuerit, diſſoluantur omnia in aqua calida & colentur, donec ſalnitrũ omne exierit. His factis, talcum exiccandum erit, atque in panno lineo vel laneo, in pilæ

2008 Ministerio de Cultura

pilæ formam inuoluendum, & luto diligenter obducendum, deinde in ollam aliquam tartari crudi leuiterque contriti plenam, in medio exquiſitè ſepeliendum. Quod cum factum erit, ponatur in fornace reflexa per dies quindecim, aut viginti, & inuenies tartarum albũ, cum talco in medio ſiſtente: quod auferatur atque in puluerem conteratur, deinde cum in aqua vitæ diſſolutum fuerit, extrahatur aqua per decantationem, demũ talcum exiccetur, atque ſic in loco humido ad diſſolutionem vſque maneat, & ſic reſoluetur in aquam, lacti ſimilem, pretioſiſsimam.

## VNGVENTVM ARGENTEUM *reddens faciem albam, rubram, ſplendentem, quo vtuntur mulieres nobiles in Italia, non quidem omnes: quoniam non omnes hoc rectè norunt.*

℞. Argenti ſublimati in mortario lapideo contriti ℥. iiij.
Argenti viui, in ſingulas vncias ſublinati obolum j.

Miſceantur & ponátur in aceto optimo per dies octo, deinde in aliud vas ponito, acetũ aliud recens infundito, & co-



2008 Ministerio de Cultura

quantur ſimul aliquantulum. Quibus factis, eximatur argétum viuum ex aceto, ponaturq́ue in ſcutellam vnà cum aliquantulo medullæ panis, contundantur optimè ſimul, donec clarum & purum argentum euadat. Deinde cum panis medulla ſufflando abiecta, argentumq́ue viuum purum remanſerit, miſceatur cum prędicto ſublimato agitando omnia bene manu tandiu, donec candidum, vt nix euadat. Quod cum factũ fuerit, ponatur in aquam feruétem, miſceatur optimè, cumq́ue ſic aliquandiu fuerint relicta, auferatur aqua diligenter (quæ ad ſcabiem optima eſt) atque rurſus alia feruens ſuperinfundatur, lauádo vt prius. Vbi verò quater aut quinquies ſic lotum fuerit, ſumito margaritas, candidas xv. folia auri cõtriti vel argéti n°. v. Caphurę, Chryſocollæ, Talci combuſti, ſing. parum. Miſceantur probè, relinquantur ad ſolem per dies quadraginta, miſcendo quotidie per ſemihoram. Quibus tranſactis, accipito oua recentia, ad ignem calefacta iiij. frangantur, & lac illud, quod in ſe continent, miſceatur ſupra dictis, quibus etiã addatur tantum ſequentis aquæ diſtillatæ, quátum ſatis eſſe videatur. Aqua autem

2008 Ministerio de Cultura

tem huiuſmodi eſt. R. Limonia matura aliquot & cortice flauo ſubtiliter detracto, in partes ſubtiles aliquot ſecabis. Oua recentia cum corticibus contuſa xij. Terbinthinæ ℥.ij. miſceantur & ponantur in cucurbitam vitream & diſtillentur igne per aquam lento, donec vna menſura aquæ exierit. Cùm hac aqua confundatur & temperetur præcedens cõpoſitio, & ſeruetur in phiala vitrea, loco frigido, bene obturata. Quando autem vti voles, abluito prius faciem bene, deinde inungito, atque ſic relinqui to, donec ſiccetur. Quòd ſi ruboré quoque addere velis, quam appellant peciam orientalem adhibito, rubricámue ex teſtis Valentinis, vt inferius docebitur.

## QVOMODO SVPRA DI- *cto vnguento argenteo candor ſiue ſplendor, colorque addi queat.*

R. Vitella ouorm recentium contuſa xij. ponantur in cucurbitam vitream, & diſtillentur igne lento, aliquátulo muſco, in fine roſtri poſito, donec aqua omnis emanarit, qua cum bombice in ea intincto faciem lauato, quæ cum exiccata fuerit, pulcherrima erit.

AD

2008 Ministerio de Cultura

## AD FACIEM VN-
### *guentum aliud.*

Sume omentum agni pinguis, & pone in aquam frigidam per dies ſex, aut octo, mutando quotidie quinquagies, deinde cum in minutas partes inciſum fuerit, coquatur aliquandiu in aceto albo cum caphuræ ℥.j. in vaſe aliquo inuitreato, demum pingue illud ſuper natans cum panno aliquo linteo ſubtili auferatur, cui adde olei tartari ℥.ij. & miſceatur ad ignem, deinde reponatur in loco aliquo humido per diem & noctem. Quibus adde, Chryſocollæ lotæ & contritæ ℥.j. cerusſæ lotæ ℥.j s. miſceantur bene ad ignem, deinde facie inuncta, facias colorem rubrum cocco tinctorio & verzino: quod quidem melius eſt, quàm ſolo verzino conficere.

## RVBRICA AD FACIEM.

℞. Sandali rubri, contriti
Aceti fortis bis diſtillati ſing. q. ſ.
Miſceantur & coquantur igne lento, addendo parum aluminis, & habebis rubricam perfectisſimam. Quòd ſi odoratum facere voles, adde parum muſci, aut Zibetti, aut alterius odoris.

AD

2008 Ministerio de Cultura

## AD FACIEM VE-
*nuſtandam.*

R. Fabarum
Faſeolorum
Cicerum ſing. q. ſ. eſt.

Redigantur in puluerem, addendo alba ouorum, lac aſini, aquam, & cùm miſta fuerint ſimul, ſiccentur. Quando autem vti voles, contemperentur aqua, qua ſi facies lauetur, ſplendida & venuſta fiet.

## ALIVD.

R. Florum fabarum recentium, quantum ſatis eſt, diſtillentur quouſque omnis aqua exierit, qua lauetur facies.

## ALIVD PROBATVM.

R. Florum Roſmarini, quantum volueris, coquantur in vino albo, quo facies lauetur. Poteſt etiam bibi, anhelitum enim ſuauem reddit. NB

## AD MACVLAS FACIEI
*quas pannas vocant, faciemque pulchram reddendam.*

R. Aluminis contriti, q. ſ. eſt, album oui vnius recentis, miſceantur, & ferueant ſemel, miſcendo continuè, hoc inungito faciem per duos aut tres dies, & cutem pulchram efficies.



2008 Ministerio de Cultura

## AQVA FACIEM

*Dealbans.*

R. Lithargirij
Argenti viui ſublimati ſing. quantum obolo emi poteſt.
Aceti albi optimi q. ſ. eſt.

Coquantur ad ignem donec pars tertia conſumpta fuerit, coletur addaturque lactis, ſucci Arantiorũ, Olei tartari, ſing. q. ſ. eſſe videtur, & ſeruentur ad vſum.

## AD FACIEM ALIVD.

R. Fellis leporis
Gallinæ
Galli
Anguillæ
Mellis ſing. q. ſ. eſt.

Miſceantur, & ponantur in vas aliquod æneum obturatum, quo inungatur facies ita, ne oculos ingrediatur, nam inde læderentur.

## AD FACIEI LENtigines.

Sumito lacertas viuas virides, quas in oleo coquito vſque ad conſumptionem tertiæ partis, deinde coletur, addaturq; aliquantulum ceræ albę, & fiat vnguentum, quo ſæpius inungatur facies.

## AD SERPIGINEM FAciei vel alterius partis.

Acci-

2008 Ministerio de Cultura

Accipito radicem Rumicis lotã, & in partes ſubtiles incidito, quæ cũ in aceto albo per duos dies relictæ fuerint, fricẽtur inde ſerpigines, ter aut quater in die, reponẽdo radices in acetũ: & liberaberis

## AD PEDICVLOS.

R. Olibani
Lardi porcini ſing. q. ſ. videtur
Coquantur ſimul in vaſe vitreato, & fiat vnguentum, quo inungatur pediculorum locus, & ſanabitur.

## AQVA DELENS OMNES *maculas in manibus opificum, atque manus albas & molles reddens. Valet etiam ad ſolis vſtionem.*

R. Succi limoniorum q. ſ. eſt.
Salis communis parum
Miſce, quo manus lotæ, & per ſe exiccatæ, aqua lauẽtur, & delebit maculas omnes. Valet pręterea ad ſcabiem.

## AQVA FACIEM VENV- *ſtiſſimam reddens eamque vt balſamum conſeruans.*

Sumito corui pullum ex nido, vel ſi ex nido haberi nequeat, iuuenem tamen cui per dies quadraginta vitella ouorum, ad duritiem coctorum, comedenda dato, deinde necatum, plumis nudatum, in fruſta ſecato: mox ſumito folia



2008 Ministerio de Cultura

myrthi, atque in cucurbitam vitream latam, & depreſſam ponito, primò ordinem, ex folijs faciendo, deinde etiam ex carne corui, poſtremò addito talci contriti, cum oleo amýgdalarum dulcium, quantum voles. Quòd ſi quid carnis coruinæ reliquum eſſet, ex eis alius fiat ordo, deinde ex myrthi folijs, poſtremò ex talco contrito. In fine adde etiam olei myrrhæ in ouo parati, vt in hoc libro docetur ℥.iij. aut iiij. deinde alembico ſuperpoſito ita, ne vllo modo expiret, diſtillentur primò quidem igne perquàm lento, quatuor aut quinque horis, deinde vehemẽtiore, demum vehementiſsimo, donec aqua omnis exierit, quæ ſi ignis ſatis habuerit, flaua erit aut rubra. Aqua autem diſtillata, in cucurbita vitrea reponenda erit, in eaq́ue florum roſmarini lib. s. aquæ vitæ poculum dimidium infundendum: rurſusq; ne quouis modo exhalare queat, diſtillanda. Verùm aliquantulum belzoini albi, in fine roſtri, & principio vaſis recipientis adligabis, quæ cum omnis diſtillata fuerit, ſeruanda in phiala optimè obturata, in loco aliquo frigido. Hæc autem aqua eſt nobiliſsima, pretioſiſsimaq; ad illuſtrandã faciẽ, & carnẽ conſeruan-

2008 Ministerio de Cultura

ſeruandam. Quando verò hac quis vti volet, prius facies aqua fontana diſtillata lauanda erit, deinde panno purpureo, in prædicta aqua intincto fricanda non ſolùm facies, verum etiam pectus, collum, & aliæ partes. Quo facto, mulierem ſupinam pauliſper cubare oportet, & pannum ſupradictum in aqua intinctum aliquandiu ſuper faciem habere. Hoc quidē fieri poteſt ſeptimo quoque die vel etiam ſemel in menſe: reliquis verò diebus, vti poterit, alia quapiam aqua ad faciem, vt aqua ex fabarū floribus, cucurbitis, melonibus, fraxinella, liliorum radicibus, vel ſimilibus, excepto argento ſublimato, & ceruſſa. Et ſic faciem pulcherrimam iuuenilemque in multos annos conſeruabis.

AQVA NOBILISSIMA *ad faciem, collum & pectus, cuius magna copia parari poteſt. Quoniam quò magis inueteraſcit, eò etiam melior euadit. Hac aqua omnes poſſunt vti mulieres quoniam faciem pulcherrimam reddit, dentibus illæſis ita vt non arte, ſed natura formoſa videatur.*

R. Columbarum pullos nº. ij.
Carnis Vitulinæ lib. ij.



2008 Ministerio de Cultura

Sem. Cataputiorum à cort. mundatorum ℥.iiij.
Pineorum nuc.
Amygdalarum dulc.
Amygd. amararum
Rad. liliorum alborum
Cæruleorum
Fabarũ contuſarũ & mundatarum
Fellis bubuli
Rad. ſerpentariæ
Fraxinellæ ſing. q. ſ. eſt.
Limonium vnũ, purgatũ & inciſum
Medullæ panis albi, in lacte madefactæ
Gummi Armoniaci, in aceto liquefacti
Florum liguſtri ſing. q. ſ. eſt.

Miſceantur & diſtillentur igne lento, ponendo aliquantulum muſci & belzoini albi, circa principium colli vaſis recipientis, vt aqua ſtillans odorem ſumat, deinde ſeruetur in vaſe vitreo probè obſtructo.

AQVA RVBRA AD FAciem venuſto rubore pingendam, multos dies colorem in facie conſeruans.

Sumito alba ouorum ad duritiẽ cocta n°. xxv.

Lactis

2008 Ministerio de Cultura

Lactis ficuum poculum vnum, vel ſi lac deſit, ſumito ficuum paruorū, immaturorum, ac inciſorum, quantum ſatis videbitur: miſceantur, & diſtillentur. Aqua autem hæc cutem per ſe albam reddit, quam ſi rubram efficere voles, addito in ſingulas aquæ menſuras.

Aluminis ſciſcilis, contriti ℥.ij.

Cocci tinctorij, quo lana conficitur ℥.s.

Cocci, quo ſericum tingi ſolet quod Cremeſinum vocant ℥.ij.

Miſceantur & ponantur in phialam vitream, bene clauſam in fimo, vel in aqua calida, non feruente, per dies octo, deinde eximantur, colenturq́ue & exprimantur optimè. Quibus factis, addatur rurſus tantundē Aluminis, vt prius coccíq; & ſimiliter in fimo, vel aqua calida per dies octo ponantur, & rurſus vt prius colentur. Quod cum ter factum fuerit, adde Gummi Arabici ℥.s. ſi aqua fuerit, mēſura vna, & relinquatur per dies octo in loco calido, vt antea, deinde coletur, & ſeruetur, & habebis aquam rubram, omnium optimam pulcherrimamq́ue. Quòd ſi quis hac vti volet, inungat faciem panno, vel ſerico purpureo, fricando aliquantulum, vt aliquo modo

pene

2008 Ministerio de Cultura

penetret ad interiora: huic aquæ poſſunt etiam adiungi odores. Quòd ſi in fimo vel aqua calida phialam ponere noles, ponas ad ignem lentum per diem vnum, ita vt non ferueat, deinde colentur, fiatque vt ſuprà eſt dictum.

## ALIA FACILIOR AC *pretij minoris.*

Sumito glutinis piſcium, in vino albo per quinque aut ſex dies liquefacti ℥.ij.

Verzini optimi minutatim inciſi, q.ſ.eſt, & ponatur in aqua fontana, donec remolleſcat, deinde miſceantur, & coquantur igne admodum lento, donec ſatis eſſe videatur: quod agnoſcitur, ſuper carta poſita, ſi eum colorem habeat, quem optas. Quæ cum ſatis cocta fuerit, antequam tamen ab igne auferatur, addatur.

Aluminis contriti ℥.j.

Gummi Arabici ʒ.ij.

Miſceantur, deinde ablata aquà ab igne, ſeruetur in aliquo vaſe optimè obturato. Mulieres pauperes coquunt Verzinum per ſe in aqua, vel in vino, addendo aliquantulum Aluminis, Gummi Arabici, donec ad perfectioné coquantur.

2008 Ministerio de Cultura

tur. Quædam verò ponunt aliquantum ſandali rubri in vino, vel aqua vitæ per noctem vnam, & non coquunt, deinde aquæ vel vino colato nouos ſandalos adiungunt parum Aluminis, prout color eis arridet.

## VNGVENTVM AD *faciem*,

R. Talci contriti
   Stanni contuſi & loti ſing. quantum volueris.

Miſce & pone in ollam luto obductam, in fornace figuli vel vitrearij per dies duos aut tres ad comburendum. Quod cum combuſtum fuerit extrahetur, & cum aqua ficuum conteratur, vel aceto diſtillato, vel aqua columbarum, vel ſimilibus acutis & viſcoſis.

## ALIVD.

R. Salnitri
   Talci combuſti
   Stanni contriti ſing. quantum volueris

Et cum cornu teſtaceo vitreato ſpiritum extrahito, quemadmodum paulò inferius docebitur, deinde vt ſuperius, in aqua vitæ, vel aceto diſtillato diſſoluito.

AQVA

2008 Ministerio de Cultura

## AQVA VEL LIXIVIVM
*reddens capillos flauos atque aurei coloris.*

Sumito cortices, aut fruſta vitioſa Rhabarbari, atque in vino vel lixiuio ponito tandiu, donec molleſcăt, deinde cùm hoc lixiuio caput lotum fuerit, tú ſpongia vel panno tingantur capilli, deinde ſiccentur vel ad ſolem, vel ad ignem. Quòd cum ſæpius factum fuerit, reddet capillos absque capitis læſione pulcherrimos.

## LIXIVIVM AD LAVAN-
*dum caput, quod non ſolùm cerebrum & memoriam iuuat verùm etiam capillos longos, flauos, & lucidos reddit.*

R. Lixiuij communis tantum, quantum decies eo caput lauari poſsit, cui infunde.

Cortices Arantiorum dulcium x.
Mali Citri quantũ haberi poteſt
Florum Chamomillæ
Foliorum lauri ſing. M.j.
Capill. Veneris M.j.
Agrimoniæ M.s.
Paleæ hordei inciſæ M.ij. aut iij.
Lupinorum aridorum M.j.
Fœni græci M.ij.

Tartari

2008 Ministerio de Cultura

Tartari vſti vel non vſti lib.s.
Florum ſpartij M.iiij.aut v.

Miſceantur omnia cum prædicto lixiuio, ponantur in vas aliquod magnum, & ſeruetur ad vſum. Hoc lixiuium quantò plus inueteraſcit, eò melius quoque euadit, niſi quòd quinque aut ſex menſibus elapſis, flores herbæ & alia recentia addenda ſunt. Quum hoc lixiuio vti voles, ſumito parum ex vaſe, atque in alio vaſe calefacito: addeq́ue ſi lubet, ali quantulum mirrhæ & cinnamomi, & ſic erit optimum, beneq́ue faciet capiti, & oculis prætereaq́; capillos illuſtrabit.

## LIXIVIVM CAPILLOS *nigros reddens.*

Laiyye

R. Lixiuij communis q.ſ.eſt.
Foliorum Betę M.j.
Saluiæ M.iij.aut iiij.
Mirrhæ
Foliorum lauri
Cort.nucum viridium ſing.q.ſ.eſt.

Miſceantur & coquantur, quo lauetur caput Verùm facies & collum non multum fricentur, ne nigra fiant, quamuis cutem non ita tingant, vt capillos: deinde in fine abluetur facies, & collum lixiuio ſimplici, vel aqua pura, vel etiam vino.

OLE-

2008 Ministerio de Cultura

# OLEVM CAPILLOS FLAnos, longos, ſplendidos, vt aurum reddens, quo quotidie quis vti poterit.

R. Olei ſeſamini menſuram j. vel ſi deſit, olei communis, nec antiqui, nec viridis, ſed flaui.

Florum ſpartij mundatorum & contuſorum ℥.iij.

Sem. liliorum alborum, croci colorem habentium ℥.j.

Curcumæ ʒ.ij.

Croci ʒ.s.

Cinnamomi

Belzoini

Muſci

Zibetti ſing. parum.

Miſceantur omnia & ponantur in phialam aliquam vitream ad ſolem per æſtatem integram, nam quò plus ſteterit, eò melius Poteris tamen interea eo vti, & quantum acceperis, tantum olei ſupradicti reponere. Nam quæ infuſa ſunt, per multos annos durant: vel etiam ſi voles, recentes ſpecies adiungere, prout opus eſſe videbitur. Hoc oleo pecten inungendum eſt: mox capilli ad ſolem pectẽdi: aut caput pexum, calefacto velo tegẽdum, ita vt ne velo caput prematur; ſed

2008 Ministerio de Cultura

ſed leuiter tegatur. Et eſt oleum planè reginarum, quo nihil ad hanc rem aptius excogitari poteſt.

## AD CAPILLOS FLAVO *colore tingendos ſine multo ſole facillimum & optimum.*

R. Antimonij
 Tartari ſing. lib. s.
 Salnitri ℥. ix.

Miſceantur & redigantur in puluerem, deinde paulatim & ſenſim ponantur in ollam igne prius candentem, miſcendo donec omnia vſta fuerint. Verùm hæc ſub camino, aut ſub dio facienda ſunt, propter fumum. Deinde olla frigefacta frangatur, & inuenies materiam in fundo, atro pani, duroq; ſimilem. Hæc malleo in loco mundo, in particulas comminuenda: reperies enim in medio grana quædam, aut particulas, puriſsimo ſimiles argento admodum fragiles, quas naturæ inueſtigatores Regulum Antimonij appellant, quod ad multa maximè ad res metallicas valet, vt inferius dicetur. Hæ autem particulæ, aut grana argentea, cum nihil ad tingendos capillos conducant, ſeruanda ſunt: reliquæ verò fæces nigræ ſubitò (quoniam citò in

aquam

2008 Ministerio de Cultura

aquam diſſoluuntur) conterendæ leuiter, addendo in ſingulas libras, vitrioli rubri facti, vt docebitur ℥.j. lixiuij tantum, vt pultis craſsioris modo conſiſtat, miſceantur bene, addaturq; olei ex ouorum vitellis, vel ſi deſit communis ℥ ij. deinde ſeruetur in vaſe aliquo ad vſum: diu enim incorruptum manet. Quando autem vti voles, lauetur prius caput lixiuio communi, in quo aluminis contriti vnciæ tres poſitæ fuerint, mox antequam capilli ſiccentur, inungantur prædicto vnguento calido: demum cum in panno calido inuoluti aliquandiu fuerint, lauentur capilli optimè lixiuio communi, vt vnguentum è capillis pellatur, poſt vino albo calido: demum cum bene ſiccati fuerint, inungantur prædicto oleo, aut Iaſmino, aut alio quodam odorato: quoniam conſeruat ſic capillos integros, vt non corrumpantur, & ſplendidos. Quòd ſi ſemel bisuè in menſe fiat, fieri nequit, quin capilli ita reddãtur, vt videantur auro obducti. Verùm animum adhibere oportet, ne lixiuiũ quo caput lauatur, nimium ſit forte: deinde cum vnguentum tale quoque ſit, ne capillos corrumpat frangatque. Quare infuſorum doſis diligenter erit conſideran-

2008 Ministerio de Cultura

ſideranda, deinde etiam tempus, quandiu ſcilicet ſint relinquenda. Itaque ex effectu menſura aut pondus erunt æſtimanda, & varianda, quoniam in his ita certa regula præſcribi non poteſt, vt etiam aliquid diligentiæ non ſit relinquendum.

## VNGVENTVM AVFErens pilos ex quacunque corporis parte.

R. Alba ouorum recentia contuſa.
Calcis viuæ ℥. viij.
Auri pigmenti ℥. j.

In his quæ conterenda ſunt, contere, & miſce addeque tantum lixiuij, vt pultis craſsioris corpus recipiat, & fiat vnguentum, hoc adhibita penna aliqua, inungantur partes piloſæ. Quum autem per horæ quadrantem inunctę fuerint, eluatur vnguentum calida aqua, & pili decident. Quòd ſi non decidant, denuo inungantur partes, & paulò pòſt aqua abluentur calida, & abſque dubio decident. Cæterùm ablatis pilis, loca oleo roſaceo aut violaceo inungantur, ne qua ratione à prædicto vnguento lædantur.

OLE-

2008 Ministerio de Cultura

# OLEVM VEL LIQVOR *pilos auferens, qui diu ſeruari poteſt, cuius eſt vſus commodiſsimus.*

R. Eius herbæ, qua alumen Catinum conficitur, quam Itali Sodam appellant ℥.j.
Calcis viuæ ℥.x.
Auripigmenti ℥.viij.

Quibus contritis adde tantum lixiuij, vt ad quatuor digitos emineat, coquantur per horam vnam, deinde cum per xxiiij. horas repoſita fuerint, fiat colatura, de qua ſumito ℥.iij quibus adde olei communis ℥ j & iterum coquantur, donec conſumptum lixiuium fuerit, adiuncto muſci aliquanto, vel (abſumptam aquam eſſe cognoſces, ſi gutta in ignem iniecta non crepitabit aut ſtridebit) zibetti ſi odoratum habere voles. Hoc oleo inungantur loca piloſa, prius aqua calida optimè lota: deinde cum paulisper ſic fuerint, abluantur aqua calida: demum pilis ablatis, partes oleo roſaceo, vel violaceo, vt prius dictum illinantur. Illud tamen in primis ſciendum, pilos luna deficiente eſſe auferendos, præſtareque oleo vel vnguento aliquo, quam forcipibus glabrare. Nam cùm

2008 Ministerio de Cultura

cùm vi extrahuntur, cutis aliquo modo læditur, ſanguis attrahitur, pori dilatantur; vnde pilorum ſilua horridior ſuccreſcit. Cæterùm quomodocunque fiat, ſemper partes oleo aliquo frigido, vt roſaceo aut violaceo oblinire conducit. Quòd ſi cutis ex prædictis vnguentis, maximè cum auripigmento compoſitis, videatur ambuſta, id ſolet euenire, cum non ritè omnia fuerint adminiſtrata. Nã aut nimis vehemens fuit, aut diutius quàm par eſt, loca inuncta fuere: aut illita antequam aqua calida abluta eſſent: aut oleo poſt refrigerante oblita non fuerunt.

## VT PILI NON RENASCANTUR: *vel vt naſcantur molles, vt prima lanugo.*

Quod difficulter medicamen efficiens, ne pili renaſcantur inueniatur, nulla alia de cauſa fit, quàm quod plurimi ad hoc, medicamentis frigidiſsimis, vel ſicciſsimis vtantur: hisque exiguo temporis ſpatio loca inungunt, vel obſtat naturæ vis, quæ per ſuos meatus pilos quaſi corporis excrementa ſolet emittere: aut vnà cum radicibus, cutem amburunt, ſignatamque relinquunt. Quas omnes incommoditates vitabimus, ſi lu-

2008 Ministerio de Cultura

ſi luna deficiente, vt dictum eſt, fiat: moxq́ue partes depilatæ oleo roſaceo vel violaceo inungantur, quo fiet vt pili molliores, debiliores & tardius renaſcãtur. Quòdſi ne renaſcãtur prorſus obtinere voles, remedijs ſequentibus vtitor, quæ omnium optima & certiſsima ſunt, id quod crebra experientia compertum eſt.

℞. Oſsium oliuarum combuſtorum
Cort. fabarum ſiccarum
Sem. Hyoſciami
Litargirij
Teſtarum ſiue oſsium tellinarum combuſt.
Opij. ſing. part. j.
Auripigmenti part. s.

Redigantur in puluerem omnia, & ſuperinfundatur tantum olei communis, vel roſacei, donec ad quatuor digitos emineat, deinde coquantur ad ignem per horas duas aut tres, miſcendo continuè, demum cum refrixerit, coletur & ſeruetur oleum, cui adde ſucci chelidoniȩ quartam partem, proportione ſuprà dictorum. Quando autem vti voles, panno linteo hoc liquore imbuto, & calido loca pilosa foueto per noctem integram, manè panno remoto, oleo roſa-

2008 Ministerio de Cultura

roſaceo inungito, veſperi rurſus pannũ oleo imbutum applicato vt prius per noctem integram. Quod cum ſexies, aut ſepties factum fuerit luna decreſcente, & pili renati fuerint, iteretur vt prius, atque ſic pro certo habeto, pilos nunquam pòſt vllos renaturos.

PLAGVLA AVFERENS
*pilos ex quacunque corporis parte.*

R. Terebinthinæ ℥.ij.
Ceræ albę raſæ ℥.s.
Belzoini
Styracis calamitæ ſing. parum

Primò ad ignem liquefiat cera, deinde belzoinum & ſtyrax, demum addendo terebinthinam cum paruo ceruſſæ contritę & maſticis fiat vnguentum, nec ſpiſſum nimis, nec rarum. Hoc facto plagulas quàm latas voles, lineas capito, has ſupra menſam expandito, & cochleari emplaſtrum ſuper eas ponito, vt cooperiantur, atque vbi refrixerint, aliam ſuper aliam collocato: nam complicatis, crepat emplaſtrum iam durum. Quando autem vti quis volet, prius partes aqua tepida abluat fricãdo bene panno aliquo, vel manibus, deinde his ſiccatis, ſupra dictarũ plagularũ vnam, prius optimè calefactã, vt liquida fiat, ſuper-



2008 Ministerio de Cultura

ponito probè, vt ab omni parte adhæreſcat: demum cum ſic per noctem integram applicita fuerit, auferatur ſenſim coram ſpeculo, atque ſic videbis pilos omnes eſſe ablatos, cutemque glabellá & pulchram. Quòd ſi aliquid emplaſtri cuti adhæſerit, abluatur aqua calida cũ furfure, & panno fricetur, deinde facies aqua vitæ, vel vino albo abluatur, vel aquarum aliqua diſtillatarum non forti, velut melonum, vel cucurbitarum, vel huiuſmodi. His factis, poterit vti poſtea reliquis aquis ad faciem, & ſic tanquam ſpeculum lucida erit.

SECRETVM RARVM *quo mulieres nobiles Mauræ efficiunt, ne pili filiabus ſuis vlla in corporis parte, vnquam enaſcantur. Hoc autem ſecretum habui in Syria ab illuſtri quadam muliere Anno Domini M. L. XXI. cuius filiam mania laborantem perſanaui.*

Fruſtum aliquod aureum, vel numũ, vel annulum candentem per infantis loca, quæ volunt pilis carere, leuiter ducunt. Quo facto, illicò oleo roſaceo vel violaceo inungunt. Idem poſt horas xxiiij. iterant: atque ita pili nunquam redeunt.

2008 Ministerio de Cultura

redeunt. Quòd ſi tamen aliqui renaſcerentur, eos vnguentis, & ſimilibus, & auro candente, vt prius auferunt, & ſic nullo modò poſtea renaſcuntur. Hoc remedio cùm ſæpius ad auferendos pilos ex facie vſus eſſem, ſemper verum eſſe comperi. Verùm aurum purum eſſe oportet. Nam vſtio ex auro puro candente, nullum veſtigium, aut cicatricem relinquit, quemadmodum cætera metalla. Cæterùm hoc ſecretum diutiſsimè apud me ſeruaui occultè, & charè, ita vt nemini communicare voluerim, quemadmodum & alia quæ in hoc libro ſcribuntur, à quibus non dona leuia habere potuiſſem. Verùm cum ætas amorque erga homines meus tantùm valeant, nõ potui aliter facere, quin omnibus hęc mea ſecreta communicarem.

## PLAGVLA ORIENTAlis qua mulieres vtuntur ad faciem colorandam.

Lana è purpureo panno detonſa, coquatur in aqua, in qua prius calx viua ferbuerit, quę cũ aliquandiu fuerint cocta, fiat colatura, de qua ſumito menſuram vnam cui addito Verzini ſubtiliter inciſi ℥.ij. Aluminis ℥.j. Floris æris ℥.j. Gummi Arabici ʒ.ij. miſceantur &



2008 Ministerio de Cultura

coquantur per ſemihoram, deinde ſumito plagulas linteas veteres, & mollículas latas, ſiue anguſtas, vt lubet, easq́; vt colore imbuantur, per diem vnum in vaſe bene obturato eiuſdem tincturæ ſinito: pòſt exemptas inde in vmbra ſiccato, & ad vſum reponito.

## ALIA PLAGVLA *perfecta.*

R. Aquæ vitę menſ.j.
Cocci laccæ ʒ.ij.
Verzini ℥.s.
Gummi Ammoniaci ℥.s

Miſceantur & ponantur in vaſe aliquo vitreo non pleno, & coquantur igne admodum lento, aut etiam ponantur ad ſolem per dies duos. Quibus factis coletur, immerganturq́ue plagulæ linteæ per diem integrum, vt ſuprà dictum eſt. Quòd ſi non ſatis rubra videantur, coccum & verzinum adijcito. Si verò hæc deſint, cocci & verzini laccam ſumito: quæ quomodo fiant, in hoc opere docemus.

## VT BARBA CAPILLIVE *nigri atque elegantes fiant.*

R. Gallæ optimæ in oleo coctę absque vſtione, deinde tritæ & cribratæ part.ij.
Ferretti Hiſpanici, in puluerem redacti

2008 Ministerio de Cultura

dacti part. j.
Lixiuij menſ. j.
Cort. Mal. Granatorum
Nucum
Pineorum
Mirrhæ
Saluiæ ſing. q. ſ. eſt.

Miſceantur optimè & coquantur vſque ad conſumptionem tertiæ partis, vel do nec ſatis nigrum appareat, deinde cum capilli, vel barba lixiuio prius bene fuerint lota, ſubitò inungantur, antequam frigeſcant. Vbi verò ſic aliquandiu fuerint, abluantur lixiuio, deinde etiã aqua calida, & videbis barbam vel capillos omnino absque læſione aliqua venuſtę nigreſcere.

DENTIFRICIVM OMNIum *perfectiſsimum, non ſolùm tergens dentes, eosque albos reddens, verùm etiam gingiuas conſeruans.*

R. Laccæ coccineæ part. x.
Panis hordeacei vſti part. vij.
Ligni Aloes part. ij.
Pumicis candentis, deinde in vino & aceto extincti part. viij.
Lachrimę ſanguinis draconis part. (iiij.
Aluminis vſti part. iiij.



2008 Ministerio de Cultura

Mellis ad nigritiem cóbuſti part.iij.
Carbonum Roſmarini part.iij.
Cinnamomi
Tartari albi ſing.part.ij.
Belzoini
Alabaſtri ſing.part.j.
Boli Armeni part. ix.
Margaritarum paruarum part.iiij.
Succini part.v.
Coraliorum rub. part.xij.
Eboris raſi part.ij.
Malorum cotoneorum, nondũ maturorum, combuſtorum part.vj.
Maſticis part.viij.

Redigantur in puluerem ſubtiliſsimum ſingula,& cribrentur, deinde miſceantur, addendo aliquantulum muſci, aliquot folia auri & argenti, & ſeruetur in vaſe obturato pro re precioſiſsima. Quũ autem vti voles, abluantur prius dentes aqua, vel vino, deinde cum dicto puluere fricentur optimè, vel digito vel panno aliquo linteo: deinde abluantur bene & apparebunt albiſsimi & firmiſsimi.

## CONDITVM SIVE CONſerua ad tergendos dentes, gingiuas roborandas, & ad anhelitum commendandum.

Cum

2008 Ministerio de Cultura

Cum dentifricia è puluere facta, non tam grata ori videantur, vt ea quæ liquore aliquo vel condito parantur, idcirco optimum omnium, atque principibus dignum conficere volumus, quod eſt huiuſmodi.

R. Syrupi roſati part. j.

Myrthini aut lentiſcini part. ij.

Miſceantur, quibus addatur prædicti pulueris ad dentes, tantum vt liquidiſsimi conditi modum accipiat, deinde coquantur ad ignem admodum lentũ, donec ad mellis ſimilitudinem accedat, miſcendo continuè. Quibus ſic ſe habentibus, auferatur ab igne, cui folia auri muſcique parum addi poſſunt, & habebis conſeruam ad dentes talem, vt nulla alia præſtantior deſiderari poſsit.

## MODVS SIVE RATIO *parandi pulueres, & conſeruas ad dentes.*

Quòd ſi quis dentifricia præſtantiora parare voluerit, ſumat prædicta omnia, vel ſaltem nobiliora, & ea, quæ in promptu ſunt, vt laccam, margaritas, corallia, ſuccinum, lignũ aloes, bolum Armenũ. Verùm panis hordeaceus combuſtus, & reliqua alia, nobilibus, & principib. ſunt vtiliſsima, præſertim quibus placent



2008 Ministerio de Cultura

dentifricia iucundo aliquo colore: & qui ex quibus fiunt, cognoſcere cupiũt, poſſunt fieri ex paucis ijs, quæ dicta ſunt, addendo folia auri, & muſci aliquantulum. Qui verò minori pretio maiorem copiam habere deſiderát, poſſunt prædicto pulueri addere aliquantulum latericij, & marmorei pulueris, cũ cancrorum teſtis, vſtis & contritis, parumq́ue candidi ſalis, & fæcis quoque aquæ fortis communis, qua aurum ab argento ſecernitur, atque has vel ſolas, vel cum alijs iam dictis: ſic exiguo ſumptu magnam habebunt materiæ copiá. Quòd ſi conditum aut conſeruam paruo pretio, & labore conficere velis, addito prædicto pulueri aliqua[illegible]lũ mellis crudi, vel roſati & fiat con[illegible]rua, qua cum dentes bene, vel digito ſolo, vel cũ panno aliquo lineo fricentur, reddentur pulcherrimi, præſertim ſi, vt minimum, octauo quoque die fricentur.

## PVLVIS ALBVS ET PERfectus ad dentes omnium gratiſſimus.

Primò ſciendum, ad dentes dealbandos nihil aptius eſſe pumice ſolo, candidiſsimo tamen, quo ſutores vtuntur ad calceos candidiores reddendos, ſi quidé

in

2008 Ministerio de Cultura

in puluerem tenuiſsimè redigatur: deinde dentes eo fricentur. Qua de cauſa multi hunc puluerem vendunt pro rē pretioſa, addendo parum muſci & ambræ, vt ei odoris ſuauitatem concilient. Puluis autem ſic ſe habet: ℞. Margaritas leuiter contritas, quot voles, vel etiam integras, quibus tantum limoniorum vel arantiorum ſucci, colati bene ſuperinfundito, donec ad tres aut quatuor digitos emineant: relinquantur ſic per tres aut quatuor dies in vaſe aliquo largo cooperto, donec diſſoluatur, & molleſcant. Quibus factis, addito aquæ lentiſci tantum, donec ad tres aut quatuor digitos emineat, miſcendo bene: deinde cum aliquandiu ſteterit, ita vt reſiduum fecerit, coletur ſenſim aqua, ita vt ſpiſſum in fundo remaneat quę ſi adhuc ſubflaua, & non albiſsima videatur, rurſus tantum aquæ ſuperfundatur, & coletur vt prius, deinde ſiccetur, vel per ſe, vel ad ſolem in vaſe cooperto, & fiat puluis, de quo ſumito part. iij.

Pumicis contriti part. iiij. Amyg.
Belzoini albi part. ij.
Aluminis vſti part. j.
Coral. alb. part. j.



2008 Ministerio de Cultura

Eboris albi
Alabaſtri ſing. part. s.

Redigantur in puluerem ſubtiliſs. omnia ſuper lapide marmoreo, addendo folia argenti & fiat puluis albiſsimus: quo ſi fricentur dentes, reddentur niuis inſtar albiſsimi. Hic puluis poteſt etiam in forma ſyrupi, vel conditi confici, adiuncto vel ſyrupo mali citri, vel mellis roſati aliquantum. Quòd ſi rubrum habere velis, vtitor tantùm lacca, coral. rubris, quæ quòd terendo ſubalbeſcũt: addatur etiam Boli Armeni, ſanguinis draconis, ſingulorum parum, folia auri quot voles, conterantur & miſceantur, fiatque puluis ruber. Cæterùm his omnibus pulueribus odoramenta quæuis addi poſſunt, niſi quod muſcus & ambra albo pulueri non conueniunt, colorem enim corrumpunt. Quòd ſi quis tamen muſci & ambrę odorem ei conciliare velit, ponat in ſacculis inter muſcum & ambram, vt ſuprà dictum eſt.

## AQVA DISTILLATA

*precioſiſsima ſubitò dentes reddens albos, eosque conſeruans.*

R. Primæ aquæ mellis diſtillatæ, quæ alba

2008 Ministerio de Cultura

alba eſt, lib. j.
Salis albi ℥. j.
Aluminis lib. ſ.
Salnitri ℥. j.
Aquæ ex folijs lentiſci lib. ſ.
Maſticis ℥. ij.
Aceti albi
Vini albi ſing. ℥. ij.

Miſceantur & ponantur in cucurbitam vitream, & diſtillentur in balneo Marię, donec omnis aqua exierit, quam ſi rubere deſideras, adde cinnamomi, boli armeni, ſingulorum parum, ſi verò ſuauem, adde aliquantulum mellis, deinde ſeruetur pro re optima. Qua ſi quis vti volet, abluat prius dentes, deinde cùm panno aliquo ſiccati fuerint, fricentur vel cum lentiſci ſtylo intincto, vel cum panno lineo madefacto, paruo. Qui verò aquam albam deſideret, non ponat cinnamomum, bolum armenum, lignum aloes in aquam, poſtquam fuerit diſtillata vnà cum reliquis, tantum ſingulorum inijciat, quantum maſtix appenderit.

## PRAECEPTA TRIA AD *conſeruandos dentes albos, & incorruptos, anhelitum etiam bonum.*



2008 Ministerio de Cultura

Primum eſt quod ij, qui cibo ſumpto non abluunt dentes, ſemper habeant nigros, & anhelitum fœtentem. Secundum dormientes ore aperto, ſemper nigros dentes, atque anhelitum male olentem habent. Tertium eſt, quòd qui velit dentes retinere pulchros, atque anhelitum bonum, debet manè ſtatim experrectus antequam ſurgat, expurgare pectus, fauces & alia per ſputum, eaque quæ per noctem fuerunt collecta eijcere, quod etiam non ſolùm ventriculo, ſed & capiti prodeſt. Quibus factis panno aliquo linteo, vel linteamine fricentur dentes optimè extrinſecus & intrinſecus, vt ſcilicet auferatur non ſolùm fumus, ex cibis contractus, ſed etiam fæces illæ flaueſcentes per noctem collectæ, quibus dentes & anhelitus corrumpitur. Quòdſi etiam quotidie manè aliquantulum maſticis quis mandat, optimum erit.

## DECOCTVM AD DENtes *firmandos, gingiuas purgandas, & conſolidandas.*

R. Aceti poculum dimidium
Aquarum lentiſci
Roſmarini ſing. poculũ dimidium
Mirrhæ

Maſti-

2008 Ministerio de Cultura

Maſticis
Boli Armeni
Sang.draconis
Aluminis vſti ſing.ʒ.j.
Cinnamomi electi ʒ.s.
Aquæ pluuialis vel fontanę pocula tria.

Miſceantur omnia & coquantur igne admodum lento per quartam horæ partem, addendo mellis deſpumati lib.s. belzoini parum, & fiat decoctum, quo ſæpius lauentur dentes ante & poſt cibum tenendo in ore aliquandiu quod caput etiam recreat, atque anhelitum bonum reddit.

FINIS LIBRI QVARTI.

2008 Ministerio de Cultura

# D. ALEXII PEDEMONTANI DE SECRETIS

## Liber Quintus.

### COLOR COERVLEVS

*Indicus ſiue tranſmarinus, perfectus.*

R. Lapidis Lazuli optimi, id eſt, marmorei & colore cœruleo, & venulis quibuſdam aureis ſubuiridibuſque, probè tincti (talis autem eſt, qui ſuper carbones accenſos tandiu, donec candeſcat poſitus deinde frigidus, non friatur, ſed durus atque cœruleo colore vehementer tinctus remanet) lib. j. frangatur in fruſta parua, & ponantur ſuper carbones accenſos tandiu, donec optimè candeſcant, deinde cum in aceto diſtillato extincti, & exiccati fuerint, cum ſequenti aqua ſuper lapide, cinnabaris more terantur, quæ eſt huiuſmodi.

R. Aquæ fontanæ menſuram j.
Mellis crudi albi ℥.ij.

Miſce & coque deſpumando optimè, deinde cũ ab igne ablatũ, atq; frigidum fuerit, adde ſenſim, & non affatim, tantum ſanguinis draconis optimè cõtriti,

vt

2008 Ministerio de Cultura

vt nucis magnitudinem referat, deinde coletur per pannū linteum. Verùm animaduertendum, ne aqua nimis rubra, neque nimis lucida ſit, ſed medio ſe habeat modo, nempe ſit violacea clara, ita vt cœruleus color aſſumat violaceum colorem. Deinde dictum lapidem ſic præparatum, cum hac ipſa aqua tenuiſsimè, cinnabaris more per horam aut amplius contere, mox in vaſe vitreo lato, & patenti collectum repone, & ſiccetur in vmbra; deinde in tenuiſſimum puluerem redige, ſerueturque in pannis lineis, dens è contextis, ſtrictè colligatum. Quibus factis, fiat paſtillus.

R. Reſinæ
Colophoniæ
Maſticis
Olei lini
Terebinthinæ
Cerę nouæ ſing. ℥. ij.

terenda conterantur in puluerem tenuiſsimum miſceantur & coquantur, donec confectum ſit, miſcendo continué, confectum autem deprehenditur, ſi ex eo gutta in aquā frigidam iniecta manibus humidis non adhæret: deinde ſic calidum per pannū rarum, in vaſe aqua frigida

2008 Ministerio de Cultura

frigida pleno coletur (nam frigidũ fluere non poteſt) tam diu in aqua ſinendum, donec concretum fuerit: tunc exi- eximatur, ſicceturque, & miſceatur cum prædicto puluere hoc modo: Paſtillus iam dictus cum in partes minutas redactus fuerit, ponatur in ęneo vaſe ſtanno illito, igni ſubiecto: vbi feruere incipit, ſtatim amygdalarum amararum olei ℥.j. infundito, ſimulque ferueant non diu. Hoc facto, puluerem ex lazuli lapide in alio vaſe paratum habeas ad quem ſit aliquis cum bacillo, miſcendo continuè, dum tu in puluerem ex altero vaſe materiam paulatim effundis: idque faciendum, donec optimè miſta fuerint, quæ deinde frigefacta manihus oleo prius lotis tractentur & ſubigantur bene, & fiat paſta in forma panis, & ſeruetur in vaſe aliquo vitreo per dies ſaltem decem. Quum autem cœruleum extrahere voles, ſumito lixiuium ex vitium cineribus paratum atque ita calefactum, vt manibus tractari ſine læſione poſſit. Tum paſtillum ſume, atque in vaſe vitreato repone, in quod tantum lixiuij infunde, quantum ſatis videatur, ibi paſtillum manibus leuiter tractato, ſubagitatoque donec cœruleum exire

atque

2008 Ministerio de Cultura

atque apparere videbis: quo viſo lixiuium ipſum cum cœruleo in vitreatum vas infunde, deinde cum recenti lixiuio calido, in alio vaſe rurſus agitato, ac tractato, vt prius, atque ſic ſemper procedendo, atq; iterando, donec cœruleum totum exierit. Verùm notandum, quod è ſingulis libris optimi lapidis lazuli, vncia tantùm vna amittitur, remanentq; vndecim, nimirũ perfecti ℥.v. medij iij. vltimi itidẽ iij. Puri atq; optimi vncia, vt minimũ duobus coronatis cũ dimidio æſtimatur, medij vno, vltimi tertia coronati parte. Extracto autem Indico prorſus toto, ſimilitudinem diligenter attende, vt ſimile ſimili tripartito adiungas, vt dictum eſt, deinde lixiuio puro ſingulas partes per ſe eluito mutatis vaſis, donec puræ, atque à paſtilli ſordibus repurgatæ optimè fuerint: tunc in vmbra ſiccato in cubiculo clauſo. Hoc facto, ſumito aquæ vitæ poculum vnum, in eaq́ue aliquantulum verzini optimi macerato, eadem aqua Indicum aſpergatur, & ſiccetur: idq́ue facito triduum vt Indicum totum eius aquæ ſit particeps, atque ita colorabitur bellè, eritq́ue optimum. Condantur in ſcorteis ſacculis ſingula.

MO-

2008 Ministerio de Cultura

## MODVS PARANDI *laccam coccineam.*

R. Purpuræ tomentum lib. j. coquatur in lixiuio, donec colorem aſſumat lixiuium, deinde coletur, & exprimatur bene omnis ſubſtantia. Quòd ſi tomentum adhuc colore eſſet infectum, coquatur rurſus in alio lixiuio, vt prius: deinde omne lixiuium ſic coloratum ponatur ad ignem, & non bulliat, cui addantur aluminis contriti, atque in aqua calida diſſoluti ℥.v. coletur in vaſe aliquo vitreo ſuperinfundendo aquam calidã, idq́ue fiat tandiu, donec non amplius rubra, ſed ſine colore lucida omnino euadat. Quo facto, color in colatorio reſidens eximatur, atque in vmbra ſiccetur, & ſeruetur.

## AD OSSA VIRIDI *colore tingenda.*

Calcis viuæ fruſtum magnum ponatur in aqua fontana per diem vnum: ſequenti die ligno aliquo circa meridiem, ac demum veſperi miſta, coletur & ſeruetur ad vſum. Interim tamen ſumito oſſa quæ tingenda ſunt, & in aqua communi, in qua aluminis tantum diſſoluti fuerit, vt diſſolui queat, coquito. Quæ cum optimè in iam dicta aqua cocta fue-

rint,

2008 Ministerio de Cultura

rint, eximantur, ſiccentur, & aliquo modo in ſuperficie radantur: deinde ponantur in ſupradictam aquam calcis viuæ adiuncto floris æris quantum ſatis eſt: coquantur bene omnia ſimul, demum extrahantur, ſiccentur, & fiant inde, quæ voles opera. Quòd ſi aqua calcis deſit, vrinam ſumito, quæ æquè bona cenſetur.

## ALIVD AD TINGENda oſſa, aut ebur viridi colore, vt ſmaragdi videantur.

Sumito aquã fortem, qua tantùm æris vel orichalci, quantum fieri poteſt erodatur: in ea oſſa prius in formas varias, vt videbitur elaborata, per noctem vnã poſita ſinantur; atq; ita veros ſmaragdos colore imitabuntur. Quòd ſi in ſupra dicta aqua argentum æris loco diſſolutum fuerit, tanto melius erit.

## AD OSSA RVBRO cæruleo, vel alijs coloribus tingenda.

Primò oſſa in aqua aluminis, vt ſupra dictum cocta eſſe oportet, deinde aqua calcis, vel vrina in promptu exiſtat, in quibus ponatur verzinũ, vel rubrica, vel cœruleum, vel alius color, vnà cum oſsibus, & coquantur bene, & ſic habe-

2008 Ministerio de Cultura

habebis oſſa, quo volueris colore tincta.

## PVLCHERRIMVM AD *ligna tingenda variè, quibus fabri lignarij vtuntur ad menſas conficiendas varijs teſſellis & figuris inſignes.*

Manè ſumito ſtercoris equini recentis & adhuc humidi cum ſtramine quantum ſatis eſt, ſupra quod ligna aliqua tranſuerſa collocentur, cui ſubijcito vas aliquod liquorem recipiens. Quòd ſi vno die tantum, quantum ſatis eſt, extrahi non poſsit, altero, & tertio, & quarto die colligas, donec ſatis eſſe videatur, deinde coletur, addaturque in ſingulas menſuras eius liquoris aluminis, & gummi Arabicæ, ſingulorum fabæ inſtar. In eo liquore, quos voles colores temperabis, variaque vaſa facies, ſi varios colores habere velis. His comparatis, fruſta lignorum in vaſis, vt lubet condes eaque ad ſolem vel ignem pones: pòſt vbi vti voles, fruſta aliqua extrahito, reliqua ſinito. Nam quo diutius in vaſis manent, eò magis colorem mutant. Et ſic habebis ligna variè colorata, alia clariora & dilucidiora, alia magis fuſca, alia media, qui colores nulla elui ratione poſſunt.

MO-

2008 Ministerio de Cultura

## MODVS CONFICIENDI
*Hebeni, vt videatur naturalis.*

Omnis generis ligna Hebeni formam acquirere poſſunt, præſertim dura, quæ ſunt lucidiora, vt buxus, cedrus, morus tam albus quàm niger, quæ ligna omnium ſunt ad hoc opus pręſtantiſsima, quamuis niger morus aptior. Sumito itaque huius generis ligna, atq; in aqua aluminoſa per tres dies, vel ad ſolem, vel prope ignem ponito, vt tantùm calefiat, deinde in oleo communi, vel ſeſamino, in quo vitrioli Romani, ſulphuris, ſingulorum tantum, quantum auellanę reſpondeat, coquito aliquandiu, nam quo magis coquuntur eò etiam nigriora fiunt, modò ne nimium coquantur. Nam tunc & ambuſta & fragilia fiunt. Ritè autem cocta ſi fuerint, nihil pulchrius deſiderari poſſe videtur.

## AD PELLES COERVLEO
*colore tingendas.*

Sumito grana Ebuli vel ſambuci, quātum ſatis eſſe videtur, coquantur, primùm vngantur pelles, & lauentur optimè, pòſt exprimantur. Hoc facto, ſumes ebuli vel ſambuci acinos, eoſque in aqua, in qua alumen ſit liquefactum coquito

2008 Ministerio de Cultura

coquito: mox eadem aqua pelles ſemel inficito, & ſiccato, rurſusque tingito, & aqua fontana lauato, atque cultello ab auerſa parte aquam abſtergito. Quod cú factum fuerit, rurſus tingantur ſupradicto colore aliquo, ſiccenturque, & cœruleo colore præſtabunt.

## AD PELLES RVBRO *colore tingendas.*

Pelles prius vnctæ, lotæ, expreſſæ, vt ſuprà & expanſæ, ponantur in aqua, in qua cocta fuerint tartarum, ſal: deinde cum expreſſæ fuerint, addito prædictæ aquę cineris cancrorum vſtorum quantum ſatis eſt, ea quamoptimè fricentur pelles, poſtea aqua communi abluantur & exprimantur. His factis ſumito radicis Rubiæ, q. ſ. eſt, cum aqua tartari miſtæ qua fricentur pelles bene, deinde rurſus addito cinere cancrorú vſtorum, fricentur, lauentur & exprimantur. Quod cum ter factum fuerit, lauentur & exprimantur, deinde ligno braſilio tingantur, præſertim ſi nondum ſatis rubere videantur. Radices rubiæ cum aqua calida, in qua tartarum fuerit coctú contemperãdæ erunt, & per noctem relinquendę: deinde addendum aliquantulum aluminis ex vini fæce parati, vel

catini

2008 Ministerio de Cultura

catini in aqua diſſoluti. Poſſunt etiam pelles purpuræ tomento tingi in lixiuio feruenti, & cocto, & extracto colore: & erunt pulcherrimæ.

## AD VIRIDEM COLOrem pellibus inducendum.

R. Liguſtri acinorum maturorum
Aluminis ſing. q. ſeſt.
Aquæ fontanæ tantum vt digitum vnum emineat.

Miſceantur & ſemel efferueant, deinde cum colatum fuerit, pelles prius vnctæ, lotæ, & ſiccatæ, fricentur optimè dictis acinis coctis. Quibus factis, rurſus alumine contrito fricentur, deinde rurſus ſtercore ouino combuſto, atque in ſupradictam aquam poſito, poſtea iterum granis: quæ cum deinceps aquę lotę ac ſiccatę fuerint, bis prędicto colore tingantur, & erunt perfectę.

## ALITER.

R. Liguſtri acinos maturos, & contunde, deinde in aqua alumine temperata coque quantum volueris, qua bis tingantur pelles, prius vnctę, lotæ & expreſſæ: quæ cum exiccatæ fuerint, tingãtur colore flauo, ex liguſtri acinis, coctis in aqua aluminoſa & pauco croco, & erunt pulchrę.

AD

2008 Ministerio de Cultura

## AD PELLES COERVLEO *colore alio modo tingendas.*

Pelles tantum corticibus vuarum nigrarum fricentur, donec violaceæ fuerint: deinde Indico puluere ſuper addito, rurſus fricentur, lauentur & ſiccentur. Poteſt etiam puluis Indicus cum vino rubro contemperari, vt eo pelles lotæ tingantur.

## AD PELLES RVBRO *colore tingendas.*

Pelles bene lotæ, deinde in galla poſitæ per horas duas, atque expreſſę, tingantur ſemel colore ſcotano, qui in aqua aluminoſa vnà cum æris flore fuerit coctus. Quibus factis, inungantur pelles bis verzino cum lixiuio cocto. Verùm ſi pelles damarum pelles imitantes tingere voles, in lixiuio ſcotanus coquendus erit.

## ALIVD AD PELLES VI- *ridi colore tingendas.*

R. Acinorum ſambuci contuſorum
Ebuli contuſorum
Liguſtri contuſorũ ſing. q. ſ. eſt.
Aluminis quantum volueris

Miſceantur, & primò grana liguſtri acini in lixiuio ſemel ferueát, deinde adde acinos ebuli & ſambuci, quæ cùm ſemel quoque

2008 Ministerio de Cultura

quoque bullierint, cocta auferantur ab igne: quibus frigefactis, fricentur pelles granis primò, deinde ouino ſtercore vſto, demum aqua ſupradicta acinorum lauentur, cultelloque aqua ex aduerſo abſtergatur, & pelles ſiccentur Quod ſi ſatis tinctæ non fuerint, penicillo iterum tingantur, addito puluere Indico vt perfectiores reddantur.

## AD HIRCINAS PELLES *viridi colore tingendas.*

Sumito hirci aut capræ pelles pumice expolitas, deinde oleo inunctas, demum lotas. Ad hæc in aqua calida colata, in qua gallarum tritarum ℥.j vel ij. poſitæ ſint, fricentur bene, deinde relinquantur ſic per horam vnam demum eximantur, exprimantur, & expandantur. His peractis, ſumito acinos liguſtri menſe Iulio collectos, quum ſunt virides, hos ſiccatos tenuiſsimè terito: aluminis contriti, in ſingulas pelles ℥.ij. cum dicto puluere liguſtri acinorũ miſcetur, ſuperinfundendo aquam calidam, deinde frigida facta, infundatur ſupra pelles, manu colorem imprimẽdo. Quibus factis, addatur aliquantulũ ſtercoris capræ vſti & contriti, & rurſus fricentur: mox lauentur, aquaque cultello, vt



2008 Ministerio de Cultura

ſupra abſtergantur, & expandátur. Dein de ſumito liguſtri acinos, bene maturos, eoſque integros in aqua aluminoſa coquito aliquantulum, qua vnà cum acinis frigefacta, manu fricentur pelles, & cinere dicto reſpergantur, aqua acinorum calida contemperata lauentur & cultello abſtergantur: deinde vbi ſemel aqua viridi penicillo tincta fuerint, ſiccentur, & erunt perfectæ. Quòd ſi obſcuriorem colorem voles, quum acinos & alumen coquis, adde pulueris Indici aliquantulum, tenuiſsimè contriti.

## PELLIVM FLORIBVS *liliorum tinctura.*

R. Flores liliorum cœruleorũ recentes
Acinos liguſtri aridos
Alumen. Terantur oĩa, & miſceantur cũ pauca aqua fontana, & ſeruentur in vaſe aliquo mundo. Deinde pelles prius inunctæ & lotæ, tingantur cũ acinis, & cinere vt dictũ, deinde lauentur, aquaq; cultello abſtergãtur, & ſiccẽtur. Quo facto, tingãtur pelles cũ prædicto colore in vaſe ſeruato, deinde ſiccẽtur, corrugẽtur, leuigenturq; ſecundũ artẽ.

## AD OSSA COERVLEO *rubroque colore inficienda.*

Cùm

2008 Ministerio de Cultura

Cùm omnia oſſa alba, præſertim cornu cerui tingi poſsint, ſumantur ea quæ placuerint, quæ cum prius fuerint parata & formata ad vſum, coquantur aliquandiu in aqua aluminoſa, deinde eximantur & ſiccentur. Quibus factis, ſumito floris æris, ſeri caprini, ſingulorum quantum ſatis eſt, miſceantur, & ſimul cum oſsibus in vas aliquod æneum coopertum, in fimo per quindecim ponantur dies, deinde auferantur, & erunt pulcherrima. Quòd ſi pro ſero vrinam ſumas, optimè feceris Porrò ſi rubra efficere voles, adde cinnabarim, vel verzinum, vel laccam, & ponantur in vas aliquod ligneum, aut vitreum, & non æneum.

## AD TINGENDAS SVILlas *ſetas aut alia huiuſmodi quibus veſtes mundantur.*

Sumito ſetas bene lotas, deinde in aquam in qua alumẽ coctũ fuerit, tandiu immittito, donec aliquo modo colorem ſubflauum aſſumant. Deinde cape rubię tinctorum contritæ, quantum ſatis eſt, ponatur in aceto, deinde in aqua ad ignem, cui, postquam feruere cœperit, infundantur: quæ cum aliquandiu co-



2008 Ministerio de Cultura

ctæ fuerint, auferantur ab igne, relinquanturq́; donec frigidæ euaſerint, deinde eximantur, & erunt pulcherrimæ.

## AD TINGENDAS SETAS *flauo, vel viridi vel cœruleo, vel alio colore.*

Setæ cũ prius fuerint lotæ, & in aqua aluminoſa coctæ, ſcotano & croco tingantur, ſiquidem flaua haberi velis: vel ſucco acinorum ſambuci, aut ebuli, aut liliorum cœruleorum, ſi cœrulea: vel æris flore, ſi viridia. Atque ita his adhibitis, factoque periculo, an arrideant colores, ſetas varijs coloribus infectas habere poteris.

## PVRPVRINAE FACIEN-*dæ modus, quo colore aureus color ad pingendum & ſcribendum conficitur.*

R. Stanni igne liquefacti lib. j. cui adde, ſi ab igne remotum fuerit.
Argenti viui ℥. viij. vel x. miſcendo continuè
Sulphuris contriti
Salis Ammoniaci cõtriti ſing. lib. j.

Miſceantur omnia optimè, & teratur in mortario, vel lapideo, vel ligneo, non æneo: deinde ponantur in cucurbitam vitream magnã, digitos duos ſupra materiam

2008 Ministerio de Cultura

riam luto inductam, & coquantur in for nace, primò igne per quam lento, deinde aucto, miſcendo aliquando baculo, donec flauum colorem aſſumat. Quo facto, auferatur ignis, & deferueſcere permittantur, & ſic habebis purpurinam pulcherrimam, aureo colore infectam: quæ poſt lixiuio teritur & vrina, vel lixiuio, adiuncto croci puſillo eluitur, aquaque è gummi temperatur, vt infra clarius dicetur.

## MODVS PARANDAE
### *laccæ è Verzino.*

Sumes tomenti cuiúſuis generis lib. j. Coquatur in lixiuij ſextarijs duobus, donec tomentum, in aquam diſſoluatur. Quod cum factum fuerit, ponatur in vas aliquod ligneum vel lapideum adijciendo ſenſim aluminis contriti lib. j. lignea ſpatula continuè miſcendo, deinde etiam aquæ frigidæ ſextarijs duobus ſenſim infuſis, in ſacculo coletur, & materia in ſacculo reſidua, in vaſe vitreo ſeruetur. Quibus factis, ſumito ligni braſilij inciſi lib. j. coquatur in ſextario lixiuij donec digitus vnus euaneſcat: deinde fiat colatura, cui adde gummi Arabici contriti ℥. j. & coquantur iterum, donec medius digitus abſumatur.



2008 Ministerio de Cultura

Mox adiungito materiam in vitreo vaſe ſeruatam, & miſceto optimè, deinde coletur, & eximatur, ex eoque quod in colatorio relictum eſt, fiant pilæ, atque in vmbra ſiccentur & erunt perfectæ.

## MODVS PARANDI TA-

*bulas albas deletiles in quibus ſcribitur ſtylo æneo, cuiuſmodi ſunt libelli, qui in Germania fiunt.*

Gypſi mundi & cribrati quantum ſatis eſt, capies, & cum colla ceruina, aut alia diſſolues: quod cum exiccatum fuerit, radatur, vt politum fiat & lucidum. Quibus ſic ſe habẽtibus rurſus vt prius diſſoluatur, & radatur, deinde ſumito Ceruſſæ in tenuiſsimum puluerem redactæ & cribratę quantum ſatis eſt: miſceatur cum oleo lini cocto, & fiat vnguentum, quo illinantur tabulæ: quæ cum bene illitæ fuerint, ſiccentur in vmbra per dies quinque aut ſex, deinde panno aliquo in aqua intincto deinde expreſſo, expoliantur tabulæ, & ſic relinquantur per dies quindecim, aut viginti, donec optimè ſiccentur, quibus ad ſcribendum delendumque quod ſcriptum fuerit vtitor.

## SCRIPTORIAE RV-

*brica ratio.*

R. Ligni

2008 Ministerio de Cultura

R. Ligni braſilij minutatim inciſi ℥.j.
Ceruſſæ
Aluminis ſing. ʒ.ij.

Terantur & miſceantur, quibus tantùm vrinæ ſuperinfundito, donec cooperiantur, relinquanturque ſic per tres dies, miſcendo quotidie ter aut quater, deinde coletur per linteum, ponaturque in catino aliquo vitreato, vel mortario, & ſiccentur in loco aliquo ab aëre & ſole remoto, & ſeruetur. Quando autem ad ſcribendum vti voles, aqua gummi temperata conficito.

## AD PELLES INAVRANdas *quibus cum alia tum periſtromata & aulæa fiunt.*

R. Olei lini lib.iij.
Sandaracæ ſiue vernicis
Colophoniæ ſing. lib j.
Croci contriti ℥.s.

Miſceantur & coquantur ad ignem tandiu, donec gallinæ penna immiſſa, deinde extracta videatur vſta, deinde auferatur ſubito ab igne, addaturq́; ſenſim aloes hepaticę, in puluerem redactæ lib. j. miſcendo continuè baculo aliquo dextrè, ne nimio feruore ſubleuetur. Nam cum ſubleuatur, ſubito ab igne auferẽdum erit, quouſque reſideat,



2008 Ministerio de Cultura

deinde rurſus ad ignem ponendum, coquendumq́ue tandiu, donec optimè permiſta fuerint: poſtea auferatur ab igne, & cum aliquantulum quieuerit, coletur & ſeruetur in vaſe aliquo. Quòd ſi pro croco ſumas alborum liliorum croceos floſculos, optimè feceris. Cæterum ſi pelles auro obducere voles, obducantur primò folijs argenti vel ſtanni cum ouorum albo, vel gummi Arabico, deinde prædicto vnguento inungantur, & ſubito auri colorem recipient: deinde ſiccentur ad ſolem imprimendo formas, vel pingendo, & erunt pulcherrimæ.

## AD TINGENDA SErica coccineo colore quod cremeſinum vocant.

R. Smegmatis duri & raſi quantum ſatis eſt, diſſoluatur in aqua cõmuni, deinde imponantur ſerica panno aliquo lineo rarò inuoluta & coquantur ſimul ad ignem per ſemihoram mouendo aliquãdo, ne vaſi adhæreſcat. Quibus deinde exemptis & lotis aqua ſalſa, deinde communi, ſumito pro qualibet libra, ſericorũ libram vnã, aut plus aluminis in aqua frigida ſufficienti diſſoluti, in quã ſerica, per ſe, absque prædicto panno

inijcito

2008 Ministerio de Cultura

inijcito per horas octo. Quod cum factum fuerit, eximantur ſerica, & lauentur primò in aqua communi, deinde ſalſa, atque iterum communi, quibus poſtea ſubito in cacabo poſitis vnà cum ſequentibus cocci granis, quod in hunc modum ſe habet: R. in ſingulas libras ſerici, Chermeſi ſiue cocci contriti & cribrati ℥. iij. aut iiij. bulliant in tanta aqua communi, donec ſericum cooperiatur ad quatuor aut ſex digitos, adde ſimiliter in ſingulas ſerici libras vncias tres gallarum in puluerem contritarum. Quòd ſi gallæ deſint, adde loco gallarum. Arſenici criſtalini ℥. s. pro libra ſerici, quòd colorem perfectiorem reddit, niſi quòd tam aqua, quàm eius vapores ſunt valdè periculoſi. Quando autem bullire incipit, tunc ſericum ita præparatum vt ſuprà inijcito, & coquito per horas quatuor: deinde cum exemptum fuerit, ſiccetur in vmbra, & erit perfectum.

## MODVS PARANDI VERzini quatuor colorum.

R. Verzini quantum ſatis eſt, coquatur in ſufficienti quãtitate aquę, vſq; ad conſumptionem tertię partis, vel donec color pulcher euadat: deinde ablato ab



2008 Ministerio de Cultura

igne , in quatuor diuidatur partes, quarum vna per ſe ſeruetur,& erit roſei coloris, alteræ adiungatur parum aquæ calcis,& erit punicei: alteræ addatur parum lixiuij,& erit violacei coloris: vltimæ denique adijciatur aliquantulum aluminis ex vini fæce, & erit viola obſcurior. Verùm cum hæc adduntur, verzinum tepidum eſſe oportet.

## VERZINVM RVBRVM *alio modo.*

Sumito menſuram aquæ communis, cui addito tantum calcis,vt nucis magnitudini reſpondeat : deinde cum ſic per integram noctem fuerint relicta, ſumito Verzini raſi tantum, vt ad dimidiá vaſis partem perueniat,cui ſuperinfundatur aqua calcis colata, quæ cum per quatuor horas ſteterint,coquantur, donec dimidia pars euaneſcat. Quod cum ritè factum fuerit, auferatur ab igne, & ſenſim in aliud vas infundatur, vt color tantum auferatur, cui denique addatur aluminis cõtriti parum, nempe tantùm, vt ciceris magnitudinẽ referat,& ſeruetur. Quòd ſi ad ſcribendum vti velis, adde aliquantulũ aquæ gummatę. Si verò mauis colorem puniceũ adijcito lixiuij ℥.iij. plus minúſue,& erit perfectũ.

COE-

2008 Ministerio de Cultura

## COERVLEVM TRANSmarinum abſque lapide lazuli.

Sumito Argenti cum aqua forti, calcinati ℥.j.
Salis Ammoniaci ℥.ij.s.
Aceti q.ſ.eſt.

Miſceantur & aliquandiu relinquantur, donec materia in fundo reſideat: deinde cum acetum eminet, ſenſim auferatur, materia verò reliqua in fundo relicta, ponatur in cucurbitam vitream optimè obturatam, per dies viginti quinque, & habebis Indicum ſiue tranſmarinum cœruleum pulcherrimum.

## COLOR VIRIDIS AD ſcribendum & miniandum, vt dicitur.

R. Floris æris
Litargirij
Argenti viui ſing. q.ſ.eſt.

Terantur & miſceantur ſimul cum vrina infantis maſculi, & habebis colorem pulcherrimum ſmaragdo ſimilem, non ſolùm ad miniandum, ſed etiam ad ſcribendum.

## AD MOLENDVM SIue terendum aurum, ad miniandum & ſcribendum.



2008 Ministerio de Cultura

R. Folia auri, quot volueris,

Mellis tres aut quatuor guttas.

Quibus miſtis & contuſis, ſeruetur in vaſe oſſeo aliquo quo ſi ad ſcribendum vti velis, addito aliquantulum aquæ gu matæ, & erit optimum.

## ALITER.

R. Folia auri, vel argenti, quot volueris, ponantur in catino vitreo terſo, in quo digito tantùm macerentur cũ aqua, donec optimè macerata fuerint, deinde impleatur aqua communi, & miſceantur, relinquanturque per ſemihoram. Quibus factis ſenſim auferatur aqua, ita vt aurum in fundo remaneat, quod ſiccetur, & ſeruetur in vaſe cooperto. Quando autem ad ſcribendum vti voles, addito aquæ gummatæ parum.

## ALITER CVM *purpurina.*

R. Purpurinæ quantum volueris, ponatur in catino cum vrina, aut lixiuio, digito miſcendo & macerando bene. Quod cum factum fuerit, impleatur vrina vel lixiuio, & relinquatur, donec reſiduum faciat: deinde rurſus macerentur mutando vrinam vel lixiuium toties, donec aqua vel vltima vrina lucida euadat: deinde ſenſim coletur vrina:

2008 Ministerio de Cultura

na: materiæ verò reliquæ addatur parum croci, aquæ gummatæ, & fiat liquor ad ſcribendum, miniandumq́ue.

## COMPOSITIO QVAE *ſiſa vulgo dicitur, in qua aureæ bracteolæ expolitæ collocantur.*

R. Gypſi optimi
Boli Armeni
Aloes hepaticæ
Sacchari candidi ſing. ℥.j.

Terantur ſingula per ſe, quibus alterum ſuper alterum collocatis addatur parum zibetti, vel mellis

## AD AVRVM PONENdum ſimplex compoſitio.

R. Gypſi optimi
Aloes hepaticæ
Boli Armeni ſing. part. j.

Redigantur ſingula in puluerem, & cõtundantur cum ouorum albis, deinde colentur. Quòd ſi nimium eſſet fortis, adde aquæ communis.

## ALITER.

Sumito aquæ gummatæ, q. ſ. eſt, qua ſola affigatur aurum, vel in carta pergamena, vel corio, & erit perfectum. Valent etiam alba ouorum, lac ficuum.

MO-

2008 Ministerio de Cultura

## MODVS PARANDI CO-
*lores, ex omni Metallorum genere.*

R. Lapidem Lydium, optimè cum oui albo contritum, & fiat liquor, quo ſcribe, ac ſuper literas ducito, vel adfricato aurum, aut quoduis aliud metallum, & colorem eius recipiet.

## AD AVRVM IN NI-
*gra materia reponendum.*

Sumito fumum ex lucernis, quo tingantur nigra, deinde ſuperaddatur aurum cum aqua gummata.

## MARMOR AVT LIGNVM
*quomodo auro obducenda.*

R. Boli Armeni
Olei nucum ſing. q. ſ. eſt.

Contundantur & pinſantur ſimul, deinde quando aurum obducere voles, videas ne liquor nimium humidus, aut nimium ſiccus conſpiciatur.

## AD LITERAS AVREAS
*ſine auro faciendas.*

R. Auripigmenti
Chriſtalli ſing. ℥.j.

Redigantur in puluerem ſingula, deinde miſceantur cum oui albo, & fiat liquor, quo ſcribatur.

## VT LITERAS ARGEN-
*teas, abſque argento facias.*

R. Stan-

2008 Ministerio de Cultura

R. Stanni ℥.j.
Argenti viui ℥.ij.

Miſceantur & liqueſcant ſimul, deinde cum aqua gummata contundantur, & ſcribe.

## VT LITERAE *virides fiant.*

Sumito folia rutæ, ex quibus ſuccum exprimito, cui addito floris æris, croci, ſingulorum parum, & contere, cum vti voles, aqua gummata vtere & ſcribe.

## VT LITERAE *albæ ſcribantur.*

Sumito lactis ficuum, q.ſ. eſt, & in vaſe aliquo vitreo ponito ad ſolem per ſemihoram. Cùm verò vti voles, aquam ſumito gummi, & miſce, & ſcribe. Vbi ſcripſeris, tota papyrus atramento tingenda erit, deinde cum exiccata fuerit, panno aliquo linteo optimè fricanda, vt literæ cum ficuum lacte ſcriptæ auferantur, ſpaciaque illa alba remaneant. Nam eo lacte effectum eſt, quo minus ſpacia literarum atramento tingerentur. Similiter valent etiam ouorum vitella, modò cum aqua contuſa, fiat liquor, & ſcribatur: deinde cum atramento tincta integra papyrus, atq; exiccata fuerit, fricentur literæ vel panno aliquo,

2008 Ministerio de Cultura

aliquo, vel cultello, & remanebunt literæ albiſsimæ.

## LIQVOR VIRIDIS AD *ſcribendum & pingendum.*

R. Floris æris quantum ſatis eſſe videtur, ponatur in aceto, donec liquefiat, deinde coletur per pannũ ſubtile. Quod cum factum fuerit, ſuper lapide porphyrite teratur optimè, cum aqua communi, addendo parum mellis. Deinde cum bene ſiccatum fuerit, rurſus ſuper lapide porphyrite cum aqua gummi teratur, & res erit perfecta.

## COERVLEI PARANDI *ratio alia.*

Cœruleum cũ melle, vt æris flos conterendum, ſed purgandum non eſt. Temperatur autem oui albo agitato, aut glutinis aqua, & non gummi. Aqua hæc glutinis, fit ex viſceris glutine lucido, & liquefacto, & colato, vt ex gummi ſolet.

## CINNABARIS PARANDI *modus ad ſcribendum.*

Cinnabaris cum ſuper lapide porphyrite optimè aqua communi contritum, deinde exiccatum fuerit, ponatur in vas aliquod oſſeum, vel vitreum, vrinaque ſuperinfundatur, relinquaturque ſic aliquandiu: nam fundum materia petet;

2008 Ministerio de Cultura

tet: poſtea auferatur ſenſim vrina atque rurſus recens addatur. Quod cũ octies aut decies factum fuerit, optimè purgatum erit. Quibus ſic ſe habentibus, ſumito ouorum alba, optimè agitata, vt in aquam puram diſſoluantur: eam aquam ſuper Cinnabarim effundito, vt tranſuerſum digitum emineat: rurſusq́ue ſimul agitato, deinde cum reſiduum fecerit, auferantur ouorum alba ſenſim, rurſusq́ue recentia addantur, fiatq; hoc toties, quoties cum vrina factum fuit. Hoc quidem nulla alia ratione fit, quàm vt fœtens ille odor ex vrina contractus euaneſcat. His omnibus factis, addantur albumina ouorum recentia miſceantur optimè, & fiat liquor ad ſcribendum & pingendum. Cæterùm hic liquor in vaſè aliquo obturato ſeruandus erit: deinde cum quis hoc vti volet, ligno aliquo miſcendus: ſeruatur etiam diutiſsimè incorruptus.

## AQVA FORTIS AD SERICA, *marmora pannosq́ue linteos inaurandos.*

Sumito glutinum ex pergameno confectum, quo illinatur tela ſerica leuiter, ne aqua illa penetrare queat. Quo facto ſumito.

Ce-

2008 Ministerio de Cultura

Ceruſſæ
Boli Armeni
Floris æris ſing. part. j.

Miſceantur & redigantur in puluerem ſuper lapide porphyrite, & fiat puluis, qui ponatur in ollam aliquam vitreatam, addendo Sandaracæ liquidæ tantum, quãtum ſatis eſſe videtur, ad ignem admodum lentum, ne bulliat. Cæterùm ſuper marmora gluten non erit ponendum, ſed tantùm fortis aqua.

## LIBRI AVRO QVOMOdo obduci queant.

R. Boli Armeni ad nucis quantitatem
Sacchari candidi, ad ciceris magnitudinem.

Redigantur in puluerem tenuiſsimum ſimul deinde addantur alba ouorum, miſceantur optimè contundendo. Quo facto ſumito librum optimè ligatum, & ſub prelo cum ouorum albo illitum: deinde cum exiccatũ fuerit, illinatur prædicta compoſitione, & ſiccetur, fricetur que bene, vt politum leueque fiat. Quum autem auro eos obducere voles, aqua communi prius humectentur, deinde ſubito auro ſuperpoſito, bombice præmantur leuiter, & exiccati dente leuigentur, atque ferro frigido for-

2008 Ministerio de Cultura

formæ imprimantur.

## AD CONSERVANDA O-
*norum alba incorrupta, ad cinnabarim parandum aliosque colores absque Arſenico, res perpaucis admodum cognita.*

Sumito ouorum alba recentia & integra, quibus superinfundito in centum oua, tertias aceti partes, ſinitoque ſic ad horas vigintiquatuor, deinde coletur per pannum linteum ſubtile, ne frangantur ouorum alba, relinquanturq; ſic per dies octo, quę cum deinde rurſus colata fuerint, ſeruentur ad vſum, in vaſe aliquo cooperto.

## AQVA FORTIS AD
*flores effigiandos.*

R. Gummi Ammoniaci part. iij.
Arabici part. j.
Sagapeni part. quartam.

Miſceantur & ponantur in aceto donec molleſcant, deinde contundantur colentur, & ſeruentur ad vſum.

## ALITER AD IDEM.

R. Gummi Ammoniaci ℥. j.
Arabici ℥. iij.

Ponantur in aceto per horas xxiiij. donec molleſcāt: deinde adde mellis flaui, ad magnitudinem nucis, allij mundati,

&

2008 Ministerio de Cultura

& contuſi, caput vnum, aloes hepaticæ parum: miſceantur & coquantur aliquandiu in aceto, deinde coletur, exprimaturque bene ſubſtantia omnis. Quòd ſi videatur liquidius, coquatur denuo, donec iuſtam conſiſtentiam acquirat, & ſeruetur in vaſe aliquo vitreo. Quando autem vti voles, tingantur ea, quæ auro obduci velis deinde cum exiccata, & oris halitu calido humectata fuerint, ſubito auri folia ſuperponantur, ac penicillo, ſeu bombice applicentur.

MODVS QVIDAM HACtenus ignoratus ſed facilis molendi auri vel argenti pulcherrimi coloris, quod expoliri, & gummi illuſtrari poteſt.

Sumito foliorum auri tantum, quantum volueris, ponantur in crucibulum vel teſtam ad ignem, deinde ſumito argenti viui quater tantùm, & ſimiliter in alium crucibulum vel teſtam ponatur ad ignem, ſed non prope, vt tantum caleſiat. Auri verò folia tandiu ad ignem relinquenda, donec rubeſcere incipiant ſed non liqueſcant. Quibus factis auferantur ab igne crucibula, & miſceatur argentum viuum cum auri folijs, miſcendo aliquantulum ſimul ligno aliquo,

deinde

2008 Ministerio de Cultura

deinde ſubito in ſcutellam aquæ plenũ inijciantur, & fiat malagma. Verùm ſi aliter facere voles, folia auri cum argento viuo ſuper lapide porphirite conterantur, donec optimè fuerint miſta, atque confuſa, deinde bis térue aqua communi lauentur: quòd ſi parum aceti, vel ſucci limoniorum àddas, optimè feceris: nam melius citiusq́ue permiſcentur. Itaque hoc malagma quocunque modo paratum, ſumito, atque per pannum lineum non rarum exprimatur, vt pars aliqua argenti viui exeat: vel exprimatur per damæ, ſiue agni candidam pellem, quod melius eſt: deinde quod in pelle hæſit, conteratur cum ſulphure viuo optimè, prius contrito, tanto, vt dimidiam maſſæ menſuram non excedat. Quibus factis, ponatur in vaſe aliquo ferreo ad ignẽ optimè cooperto, ibiq́ue relinquatur, donec totum ſulphur combuſtum & quod relictum flauum fuerit: deinde frigidum in ſcutella aquæ plena toties lauetur, donec auri colorem ſumat, & ſeruetur ad vſum. Quando autem quis vti volet, addat tantùm aquę roſarum, vel communis, in qua gummi Arabici diſſolutum ſit, quantũ ſatis eſt: hęc miſce & fiat

liquor

2008 Ministerio de Cultura

liquor aureus ad ſcribendum & pingendum. Quo cum ſcriptum pictumq́; fuerit, fricentur literæ dente aliquo leuiter, quod cum alio molito auro, quo omnes ferè pictores vtuntur, fieri nequaquam poteſt. Cæterum hoc ſecreto veterum quidam vſi ſunt, vt in quibuſdam veteribus libris videre licet. Verùm in poliendo, animũ adhibere oportet vt etiam papyro ſuperaddita fiat, deinde etiam abſque papyro, præſertim literis non ritè lucentibus.

## AD GVMMI FACIENdum (quam vernicem vocant) pulcherrimum, ad dictum aurum illuſtrandum, & omnia alia opera coloribus infecta, & ſine coloribus.

R. Belzoinum inter duo folia papyri contritum optimò, idq́ue in ampulla ponito, ac tantum aquæ vitæ ſuperfundito, vt ad tres aut quatuor digitos emineat, croci capillos quinq; aut ſex craſſè contuſos, vel integros, & relinquatur per vnum aut duos dies. Quod cum factum fuerit, coletur, quo cum opera inaurata illuſtrare volueris, penicillo ea illinies, & fiant lucida & pulcherrima. Hæc materia citò ſiccatur, atque in

2008 Ministerio de Cultura

in multa durat ſecula. Quòd ſi argenti folia conterere voles, facito vt ſupra dictum eſt, niſi quòd loco ſulphuris, ſal accipiendum erit. Quæ ſi gummi opera illuſtrare voles, ſumito medullæ Belzoini, nempe partes illas albas in medio Belzoini conſiſtentes, quantum ſatis eſt, addendo tantum aquæ vitæ, quantum ſupra dictum eſt, crocum autem non adhibebis. Hoc gummi poſſunt illiniri varia ſiue picta, ſiue nó, vt menſæ, capſę, præſertim ex hebeni, aut nucum ligno: item coria ſiue auro obducta, ſiue non: quoniam non ſolum lucida efficit, verũ etiam colores conſeruat. Præterea cum ſtatim exiccetur, neque pulueres, neque alias ſordes admittit, quæ vel panno, vel cauda vulpina abſtergi atque auferri nequeat.

## MODVS TERENDI SIVE *Molendi auri vel argenti facilis, quo peritiores artifices, vtuntur.*

Sumito folia auri, quæ in ſcutella aliqua vitrea cum iulapio roſaceo conterito, & miſceto digito medio, vt optimè, miſceantur, deinde ſuper lapide porphyrite, aut marmoreo poſitis, rurſus probè conterantur, addendo aquam ſenſim

2008 Ministerio de Cultura

ſenſim, pòſt auferatur, atque in ſcutellam colligatur, lapide bene loto aqua, vt ritè colligi poſsit. Quibus ſic ſe habentibus, aurum bene digito lauetur: deinde cum in fundo reſiduum fecerit, aqua ſenſim auferri debet, aliaque ſuperinfunde calida, ac denuò lauari, hocque toties faciendum, donec iulapium lauando probè ablatũ fuerit, aquaque dulcis amplius non apparuerit. Poſtea exiccatum aurum in vaſe aliquo vitreo ſuper cinerem calidam poſitum tandiu ſinendum erit, donec optimè calefiat, atq; colorem ſuum naturalem recipiat: quo facto, contemperetur aqua gummi, & fiat liquor ad vſum.

## LIQVOR AVREVS *ſine auro.*

Sumito ſucci florum croci recentium, vel ſi deſit.

Croci contriti
Auri pigmenti optimi, & lucidi
ſing. part. j.

Miſceantur & terantur cũ felle caprino, vel lupi piſcis, quod melius eſt, deinde cũ in vaſe aliquo ſub fimo poſitum aliquandiu ſteterit, auferatur & conſeruetur liquor ad ſcribendũ, & pingendũ, & habebis aureũ colorem pulcherrimum.



2008 Ministerio de Cultura

## LIQVOR AVREVS AD *ſcribendum, & ferrum, ligna, vitrea vaſa, oſſa, aliaque auro obducenda.*

Ouum recens natum, alteraque parte fractum aliquomodo, vt albumen auferri queat, ſumito, atque imple argento viuo, & ſale Ammoniaco puro atq; contrito, ita vt duę ſint partes argenti viui, & vna ſalis Ammoniaci. Quod cum impletum, & ligno aliquo materia bene miſta fuerit, cooperiatur foramen operculo ſuo, deinde cera, deinde dimidij oui cortice ſuperadditis ponatur ſub fimo equino per viginti quinque dies. Quo deinde ablato, habebis liquorem aureum elegantiſsimum ad ſcribendum, & pingendum quoduis. Quòd ſi nimis dura, ſpiſſaque materia fuerit, aqua gummi miſceatur, & melior erit.

## ALIVS MODVS AD IDEM *facilis, & non multi pretij.*

R. Cortices Arantiorum flauas, & ab interioribus optimè purgatas, & contuſas, ſulphuris flaui & lucidi in puluerem redacti, quantum ſatis eſſe videatur, miſceantur, conteranturque bene ſimul, & ponatur in phialam aliquam vitream in loco humido, per dies octo, aut



2008 Ministerio de Cultura

decem, quæ deinde ablata ad ignem caleſiat, & fiat liquor aureus ad pingendum & ſcribendum.

## ALIVD AD INAVRANDA *quæuis metalla.*

R. Sandaracæ liquidæ lib. j.
Terebinthinæ
Olei lini ſing. ℥. j.

Miſceantur omnia optimè, & ſeruetur ad vſum.

## ATRAMENTI CONFICIENDI *modus optimus.*

Sumito Gallarum optimarum, in tres aut quatuor partes inciſarum vel leuiter contritarum quantum volueris, quæ cum in oleo pauco aliquantulum fuerint frixæ, ponantur in ollam vitreatam, ſuperinfundendo vini albi tantum vt ad quatuor vel plures digitos emineat: deinde adde Gummi Arabici contriti lib. s. Vitrioli contriti ℥. viij. miſceantur & ponantur ad ſolem per dies aliquot, miſcendo quotidie. Poſtea cum aliquantulum, & ad ſufficientiam cocta fuerint, coletur & erit perfectum. Cæterùm fæcibus relictis recens vinum addi poteſt, deinde coqui & colari: hocque toties fieri poteſt, quoties vinum non amplius à fæcibus tingitur. His quidem

2008 Ministerio de Cultura

dem vinis ſimul miſtis, addantur gallæ, gummi, vitriolum recentia vt ſupra, deinde cū rurſus ad ſolem poſita, demumque cocta fuerint, multo melius erit, quàm prius. Quò enim ſæpius iterentur hæc, eò etiam melius euadit atramentum. Quòd ſi atramentū ſpiſsius, quàm par eſſet euaderet, addatur parum lixiuij, & fiet fluidum. Si verò nimium eſſet fluidum, addatur gummi Arabicum. Cæterùm gallas paruas, criſpas, duras eſſe oportet, quemadmodum vitriolum coloris cœrulei: Gummi prętcrea lucidum & friabile.

## ATRAMENTI PVLVIS

*quem quiſque proficiſcens ſecum ferre poteſt, modò aqua vel vino contemperetur. Hic etiam puluis reddit atramentum perfectius.*

Sumito nucleos perſicorum, vel armeniacorum, vel amygdalarum ſiue dulcium, ſiue amararum, & ponantur ad ignem, donec candeſcant, auferantur & ſeruentur: Quo facto, ſumito Reſinæ piceæ, quantum ſatis eſt, ponatur in vas aliquod, vel ollam ad ignem, & cū candela vel carbone, accenſa fuerit, cooperiatur cooperculo aliquo, ita vt ſpirare non extingui, ſed fumus optimè recipi



2008 Ministerio de Cultura

poſsit: deinde cum reſina omnino conſumpta, vaſaq́ue frigida fuerint, abſtergatur fumus in operculo hęrens, & ſeruetur. Quòd ſi quis tantùm laboris pro conficiendo fumo ſumere nollet emat ab ijs, qui impreſſorũ atramentũ conficiunt. De hoc itaq; fumo ſumito part. j. pulueris nucleorum accenſorum part. j. Vitrioli part. j. Gallarum frixarum vt ſuperius dictum part. ij. Gummi Arabici part. iiij. Redigantur in puluerem, cribrentur & miſceantur, fiatq́ue puluis in corio ſeruandus. Quando autem vti voles, ſumito huius pulueris parum, cui adde aliquantulum aquæ, vel vini, vel aceti, & miſce bene, & vtitor. Atque ſic habes atramentum repentinum, quod quiſque ſecum abſque effuſionis periculo, ferre poſsit. Quòd ſi hic puluis addatur atramento non bono, perfectiſſimum reddetur.

## ATRAMENTVM PARAtu facile neque magno pretio: *Præterea non ſolùm ad ſcribendum, verùm etiam ad libros imprimendos aptum.*

R. Eius tincturę, qua coria tinguntur, quantũ volueris, fellis Sepiarum quantum ſatis eſt, miſce & fiat atramentum.

Verùm

2008 Ministerio de Cultura

Verùm ſi melius efficere voles adiungito prædictum puluerem ex illis carbonibus vitriolo, galla & gummi. Hoc etiam atramento libri imprimi poterunt, præſertim ſi aliquantulum vernicis & olei lini addatur, vt liquidius & tenacius fiat. Cæterùm atramentum pro imprimendis libris, ex ſolo fumo Reſinæ conficitur, vt ſupra dictum eſt, addendo vernicis liquidæ quantum ſatis eſt, & coquendo parum, fiat atramẽtum, vel liquidius, vel ſpiſsius, vt res ipſa poſcere videbitur. Nam hyeme liquidius, æſtate firmius eſſe debet. Quòd ſi liquidius efficere voles, adde plus olei lini: ſi verò durius, minus olei, & plus fumi, meliusque coque. Verùm durius atramentum elegantiores efficit literas. Quòd ſi rubrum atramentum conficere cupias, loco fumi, ſumito Cinnabaris optimè contriti, quantum volueris: ſi verò viride, æris florem accipito: ſi cœruleum, vt paucis retro annis vtebantur, ſumito cœruleum Germanicum, vel enchauſtum vitreum, quod Venetijs habetur. Reliqua fiant, vt in communi atramento dictum eſt.



2008 Ministerio de Cultura

## LIQVOR AD SCRIBENdum tanto candore præſtans, vt papyrum vincat in eoque legi poßit.

Sumito ouorum cortices optimè lotas, easque ſuper porphyrite, vel marmore, cum aqua conterito, & in ſcutellam poſitas ſinito donec in fundo materia reſideat: quo facto, ſenſim auferatur aqua, materiaque vel per ſe vel ad ſolem ſiccetur, ſeruetúrque. Quando autem vti voles, accipito gummi ammoniaci exempta flaua cortice, quantum ſatis eſt, ponatur in aceto diſtillato per noctem vnam, donec diſſoluatur, deinde coletur, cui addatur aliquantulum prędicti pulueris, & fiat liquor omnium albiſsimus ad ſcribendum & pingendum. Hoc etiam liquore, primaria quædam fœmina Itala ad faciem dealbandam vtitur, propterea quòd abſque vlla aliqua læſione cutis, & dentium, ita faciem albam reddit, vt non illita, ſed natura ſic eſſe videatur. Verùm ſi ad faciem vti velis, liquorem multò rariorem & tenuiorem eſſe oportet, vt melius penetrare & durare queat. Cæterùm ſi ad hunc effectum aliquantulum Talci combuſti, vt ſequenti libro doce-

2008 Ministerio de Cultura

docebitur, addideris, optimum feceris.

# PVLVIS ABSTERGENS

*Atramenti maculas, vel literas ſcriptas in papyro, quæ res ſcitu eſt pulcherrima atque commodiſsima.*

R. Ceruſſæ optimè contritæ
Lactis ficuum ſing. q. ſ.

Miſceantur & fiat maſſa, quæ cum exiccata, deinde rurſus imbuta lacte, atque ſic ſexies factum fuerit, fiat puluis & ſeruetur. Quando autem atramentum vel literas à papyro auferri velis, ſumito pannum linteum aqua imbutum, deinde expreſſum, ponatur ſuper atramentum, vel literas tandiu, donec humecta ſint. Quòd cum factum fuerit, puluis prædictus ſuperaſpergatur, relinquatur ſic per noctem vnam, deinde manè cum panno aliquo linteo ſicco fricetur leuiter, quo facto papyrum candidiſsimam videbis, & ad ſcribendum aptiſsimam. Quòd ſi omnino deletum atramentum non eſſet, iteretur vt prius, & fieri nequit, quin auferatur. Quòd ſi attenuata charta nimium ſit, ea frictione glütine, quo ligna ferruminantur, leuiter liquefacto, ceruſſæ vel farinæ puſillo admixto, denſabitur.



2008 Ministerio de Cultura

# MODVS PARANDI VERnicem firmiſsimam ad membranas, ſiue papyrum leuigandam, qua vtimur ad ſcribendum: quæ melior eſt, & pulchrior ea, qua vulgò vtuntur: nec vt illa vulgaris malè olet.

Vernix, qua ſcriptores vtuntur ad cõficiendos libros, eſt gummi Iuniperi in puluerem redactum. Ex hoc etiam gummi cum lini oleo cocto, liquida vernix conficitur. Vtuntur ſcriptores prædicta vernice contrita, vt melius atramentum ſuſcipiat charta, nec perfluat. Verùm ſi meliorem, atque minore pretio tio parare voles, ſumito ouorum cortices, mundatas, & leuiter contritas, eaſq́; in olla aliqua bene cooperta, in fornace vel figuli, vel vitrearij tandiu ſinito, donec optimè in calcem ac cinerem vertatur, deinde cribrentur, & fiat puluis albiſsimus. Quum autem vti voles, ponatur aliquantulum ſuper papyrum, atque leporino pede hinc inde ſpargatur, atque quod reliquum eſt, abſtergatur, & ad ſcribendum reddetur optima. Verùm ſi poſteaquam ſcriptum eſt, & exiccatum, puluerem auferri deſide-

2008 Ministerio de Cultura

deſideres, aliquantulum cum medulla panis fricetur, & abſterget pulueren omnem.

## LIQVOR AD FORMANdas lineas, quæ deinde cùm ſuper ſcriptum fuerit, auferri queunt, ita vt nullo modo amplius appareant.

Sumito tartari ad albedinem vſq; vſti, tantum, donec ad auellanæ magnitudinem accedat, diſſoluetur in ſcutella aquæ plena, deinde fiat colatura, cui adde lapidis lydij, in tenuiſsimum puluerem contriti tantum, quantum ſatis eſſe videtur, miſce & fiat liquor ad formandas lineas, quas cum auferri velis, fricetur papyrum cum medulla panis duri, & auferentur, ita vt ne veſtigium quidem reliquum ſit, quod eſt arcanum ſcitu dignum & admodum vtile.

## FINIS LIBRI QVINTI.

2008 Ministerio de Cultura

# D. ALEXII PEDEMONTANI DE SECRETIS

*Liber Sextus.*

## MODVS SVBLIMANDI *mercurij ſiue argenti viui, quo vtuntur aurifices, alchimiſtæ, mulieres, atque alij.*

R. Argenti viui lib. j.

Ponatur in ſcutellam ligneam, addito aceti, & ſalnitri puſillo, miſcendo bene, atque mortificando: quibus factis addatur.

Salis communis contriti lib. s.

Salnitri in puluerem redacti ℥. iiij.

Aluminis vſti & triti lib. j. s.

Miſceantur bene, & ponantur iu cucurbitam lutatam ad collum vſque, & alembico ſuperaddito diſtilletur in cineribus, primò igne lento, quouſque humiditas omnis exierit, quæ conſeruanda erit. Valet enim ad multa & varia, præſertim ad macerandum & ſubigendum argentum viuum. Humiditate exempta, augeatur ignis continuè, donec argentum viuum conſpiciatur album, id eſt, donec videatur ſupra fæces manere, vt albus panis. Quòd ſi velis vt plus aſcendat

2008 Ministerio de Cultura

dat ad collum vſque, papyrum circum eam partem, quæ foris nuda apparet, ponito, deinde igne plus aucto videbis paulatim aſcendere ad ſuperiora mercurium ipſum, ad formam campanę. Quibus deinde frigefactis, atque alembico ablato, eximatur cucurbita, atque mundetur forinſecus, ne fracta, aliquomodo argentum vitietur, demum frangantur cucurbita, vt argẽtum colligi queat, verum ita, vt à fumo non lædatur. Cæterùm hac ratione poſſunt fieri maſſæ ducentarum librarum in vna cucurbita, modo debita materiarum proportio ſeruetur. Porrò materia in fundo relicta, nempe fæces terantur, & in aqua feruenti diſſoluantur, colenturq́ue, deinde coquantur, & ſiccentur: Remanebit enim in fundo materia ſali ſimilis, ex ſale, alumine, ſalnitro miſta. Valet enim hoc ſal, ad ſublimandum argentum viuum recens: addito aceto, vel loco aceti, aqua per ſublimationem diſtillata. Cæterùm argentum viuum hoc modo cum alumine ſublimatum magis conuenire videtur mulieribus ad faciem eorum venuſtam reddendam, quàm ſi aliter abſque alumine eſſet ſublimatum, quorum tamen neutrum



2008 Ministerio de Cultura

conſulo. Nam multò melius erit, vt aliqua ex ijs, quas ſuperioribus libris deſcripſimus, ad faciem vtantur, quàm argento viuo ſublimato. Quòd ſi ad alia componatur, & non ad faciem, ſed pro aurificibus alchimiſtis, & varijs medicinis, melius erit, ſi pro alumine, vitriolũ crudum ponatur, quod plurimum mulieribus nocet. Maior namq́ue pars horum artificum vitriolo vtuntur, propterea quod minoris emitur, & ad plura conducat, quàm ſi cum alumine eſſet paratum, quod nulli rei vtile eſſe poteſt, niſi mulieribus. Sunt præterea maligni homines quamplurimi, qui conficiunt argentum viuum ſublimatum, cum arſenico chriſtallino, qui ob exiguum quæſtum ſe maximo ſcelere aſtringunt: quoniam præterquàm quòd plurimarum mulierum hoc vtentium facies in maximum tumorem attolluntur tympani inſtar, fieri interdum poteſt, vt vel ſiderentur aliqui, vel omnino interimantur: quò magis talia medicamenta ſunt vitanda. Porrò ſupradictum argentum viuum ſublimatum cum alumine, vel vitriolo, denuo & facilè ſublimari poterit, ſi modò pro qualibet libra ſublimati argenti, addantur ſalis, vel

alumi-

2008 Ministerio de Cultura

aluminis vſti, vel calcis viuæ lib. s. deinde in cucurbitam ponantur ad ſublimandum vt prius. Nam citius ſublimabitur, pulchrius meliusq́ue euadet: quantò enim ſæpius ſublimatur, tantò citius pulchrius euadit. Alchimiſtæ præcepta Geberis, D. Thomæ aliorumq́ue phyloſophorum ſequentes tantum ſæpè laboris in ſublimando ſumunt, vt id fixum reddant, ſuntq́ue qui centies, atque etiam ducenties ſublimarunt, quorum omnis labor irritus tandem fuit, quod quidem certum eſt euenire, quòd ſemper fæces, nempe alumen, vel ſal, vel vitriolum, vt dictum eſt, addiderint: & cum ignis natura ſit, volitantia ſiſtere atque conſtringere, conſtat, quo ſæpius ſublimata fuerint, eò etiam duriora effici. Verùm ea pars, quæ paulatim conſtricta erat cum ferè fæcibus permiſceretur, nuſquam apparebat. Quare hi, cum cauſas & modos, vt par eſt, non conſiderarent, viderent autem ſublimatum paulatim deficere, aut euolaſſe, aut igne conſumptum credebant potius, quam fæcibus eſſe permiſtum. Itaque cum philoſophicè quis fixando ſublimato progredi vult, oportet vt ter vel quater cum ſale vel alumine vſto, vel
calce

2008 Ministerio de Cultura

calce viua, vel talco, vt antea dictum eſt, ſublimetur. Nam ſic non ſolùm ab omni terreſtri materia, verùm etiam à qualibet redundanti humiditate purgabitur. A materia quidem terreſtri expurgatur, quoniam remanet in fundo cucurbitæ vnà cum reliquis fæcibus, id eſt, cum ſale, alumine & vitriolo. Ab humiditate verò ſuperflua, quoniam partim per euaporationem vnà cum aceto reſoluitur, partim per iteratam ſublimationem ignis naturam aliquo modo aſſumit, quę cauſæ potiſsimum ſunt, vt fixius reddatur, quæ duo fixionis præcipuæ ſunt partes, aut potius ſolæ. Neq; quicquam in hoc propoſito rem eſſe fixam intelligimus, quantam excoctam eſſe, tantamque cum igne habere ſocietatem vt neque fugiat amplius, neque quouis modo igni abſumatur. Quare cum ter quaterue ſublimatum fuerit, vt dictum eſt, ſublimetur per ſe, abſque reliquarum additione, toties donec in fundo fixum remaneat, neque ignis vlla iam vi fugiat & minuatur. Verùm ſi citius faciliusque parare voles, hac ſecuriſsima ac philoſophica via procedito, nempe ter aut quater ſublimatis, vt dictum eſt, adiungatur quarta pars

argenti

2008 Ministerio de Cultura

argenti puriſsimi calcinati, vt inferius docebitur, quibus deinde optimè miſtis, & ſublimatis, miſceantur ſimul, nempe illud, quod ſublimatum eſt cum illo, quod in fundo relictum eſt, & conterantur, deinde rurſus ſublimentur: hoc quidem toties faciendum, quoties non amplius aſcendat, ſed in fundo maneat, etiam igne vehementiore. Atque ſic erit perfectum, album mundum, fuſile & penetrabile. Quòd ſi quis maiorem copiã facere velit, neque argenti optimi quartam partem addere poſsit, ſumat partem aliquam, ter aut quater ſublimati, cui addatur deinde quarta argenti puri pars, & ſublimetur, vt iam dictum eſt. Quibus factis, ſumatur hoc argentum ſublimatum fixum, cui addantur argenti viui prius ſublimati, non fixi partes tres, miſceantur & ſublimentur vt ſupradictum eſt, donec fixum remaneat. Quòd ſi adhuc maiorem copiam facere voles, rurſus partes tres non fixi, huic addito, atque rurſus, vt prius facito, donec fixum euadat, atque ſic deinceps procedendo, donec ſatis magnam habueris copiam. Modus autem hic melior eſt, quàm ſi ſemel totum ſublimetur, Quoniam ſæpius volatile fixum red-

2008 Ministerio de Cultura

redditur, & fixum volatile, id quod philoſophi commendant, nam fuſibilius, penetrabilius, & maioris virtutis efficitur. Atque omne ſecretũ conſiſtit in hac via ſublimandi, vt nunc diximus, quam primi philoſophorũ, & excellens ille Geber ſequuntur, niſi quòd occultè admodum teneant, vtrum ſublimari debeat, quamuis argentum viuum dicat, tamen aliud quidam intelligit, quod etſi ſimilitudinem cum argento viuo habeat, tamen natura ad perfectiorem gradum adductum eſſe conſtat, quemadmodum exempli gratia, paſta ex farina conſtat, non prima ratione, ſed ad perfectius reducta. Cæterùm hæc alta ſcientia aliunde eſſe non poteſt, quàm à ſolo Deo, qui omnibus, quibus vult (vt omnes teſtantur phyloſophi) eam largitur, & ſubtrahit.

## MODVS PARANDI CINnabaris, *& iam ſi maſſas centum ducentarumue librarum, vel plus habere velis ſimiles ijs, quæ ex Germania vehuntur omnibus Italis adhuc incognitus.*

Omnes qui ſecretis, & rebus metallicis delectãtur, artem conficiendi, cinnabaris

2008 Ministerio de Cultura

baris agnoſcunt, ſed in parua admodum copia, vt duarum aut trium librarum. In Germania verò & Gallia inueniuntur quidã grandes facientes maſſas, quas in Italiam aduehunt. Quare cũ ipſi occultum hoc teneant, nos ad communem vtilitatem in publicum edere voluimus. Sumito argenti viui part. ix. Sulphuris citrini partes ij. quidam ſumunt iij. alij iiij. alij cum argento viuo æquant pondera. Nam ad pingendum, ſulphuris copia obeſſe nihil poteſt, quin potius, cinnabaris accendit ruborem: ad alia verò, tres aut quatuor vnciæ ſulphuris in ſingulas argenti viui libras ſatis ſunt. Sulphur in patella ſiue olla aliqua ampla ad ignẽ ponatur, vt liqueſcat: liquatum ab igne remoueatur paululum, deinde poſito argento viuo in panno aliquo, addatur ſulphuri ſenſim, comprimendo pannum, & continuè miſcendo, donec optimè permiſtum, frigidumque fuerit. His optimè miſtis & frigefactis, materia eximatur, contundatur atque ſubtiliter conteratur, deinde cribretur, & fiat puluis, de quo ſumito tantum, quantum volueris, & ponatur in amplam cucurbitam vitream, luto ſapientię obductam. Verùm cucur-

2008 Ministerio de Cultura

cucurbitam plenam eſſe non oportet, ſed ad quartam ſolùm partem. Quibus factis, ponatur cucurbita in fornace ſuper cineribus & coquantur primò igne lento per horas tres, deinde aucto. Verùm ſi magnam copiam efficere voles, adde ſenſim puluerem alium, miſcendo ſemper baculo aliquo, cucurbita continuè ſuper igne ſtante. Sed vt res pefectè fiat, infundibulum in cucurbita ſitum eſſe oportet, per quod baculus in ſuprema parte circum luto obductus, ita vt infundibuli os, cum demititur baculus obturet, quò continuè materia permiſceri queat. Quibus factis, ac primo puluere ad ignem per horas quinque cocto, donec vel omnino, vel pars aliqua eius ſublimata fuerit, addantur duo cochlearia recentis pulueris calidi, attollendo baculum, vt inijci queat, deinde rurſus demittendo. Ponitur autem baculus vt alius puluis inijci valeat, nam niſi poneretur, cucurbitæ os ita à puluere adhærente obſtrueretur propter ſublimationem, vt alius addi non poſſet. Atque in hoc tota ars conſiſtit ad conficiendas maſſas, quantumuis magnas. Si enim materia ſimul inijceretur, tunc antequam materia ſublimaretur, cucurbita ipſa,

2008 Ministerio de Cultura

ipſa, fornaxq́ue liqueſceret. Quare per partes ponenda erit, vt cum prima pars cocta, atque cucurbitæ circum adhæſerit, alia addatur, atque in fundo cucurbitæ coquatur, donec itidem vt prima adhęreat atque rubeſcat. Atque ſic continuè addendo puluerem, fiet maſſa cinnabaris inſignis, cuius in medio foramen erit, à baculo contractum. Quòd ſi foramen quoque obturare voles, addito puluerem, baculo prius extracto, deinde ore cucurbitæ obſtructo, & coquito tandiu donec puluis in medio quoque ſublimetur, adhæreat & obſtruat foramen. Atque hic eſt modus conficiendi cinnabarem optimus atque in Italia huc vſque incognitus. Cæterùm hoc animaduertendum videtur, vt baculus aliquando moueatur, attollaturq́ue, ne puluis adhæreat, obſtruatq́ue infundibuli foramen: præterea ſi ignis quoque magnus atque continuus ſit, nihil nocebit.

## CHRYSOCOLLA QVAM *boracem vocant, quomodo purganda & multiplicanda.*

Quam nunc boracem appellãt, ab antiquis chryſocolla dicebatur, cuius duo genera

2008 Ministerio de Cultura

genera fuere, & naturale & artificiale, vt ex Dioſcorideo, & Plinialijs conſtat. Ea vtebantur in quibuſdã medicinis, atque ad aurum conſolidandum, qua etiam hodie vtuntur. Ineſt enim ei vis quædam liquefactionem metalli ad conſolidandum accelerandi, Vtuntur etiam hac noſtri, ad auri & argenti ſcobem liquefaciendam, atque in vnum corpus cogendam, præterea & mulieres quædam ad faciem dealbandam, & cutem mollem, venuſtamq́ue reddendam, propterea quòd neque dentibus neque cuti vllam perniciem afferat. Apud veteres reperiebatur viridis chryſocolla, quæ hodie neque inueniri neque parari poteſt. Habetur quidem à noſtris alba vna, altera nigra, quę fortaſsis nonnihil ad veterum viridem alludit. Alba in fruſtula longa formata, & neruoſa, alumini ſimilis eſt, ita vt vel plurimi decipiantur, vel alios decipiant. Nam ſuper ignem poſita ebullit atque inflatur, remanet poſtea alba, ſpongioſa, & fragilis, aluminis inſtar. Cognoſcitur autem differẽtia à peritis, inter alumen & chryſocollam, tribus modis, quorum primus eſt, ex ſapore ſumptus, ſiquidẽ aluminis ſapor quodammodo ſubacris &
aſtrin-

2008 Ministerio de Cultura

aſtringens eſt, cum neutrũ horum chryſocollę inſit, ſed ferè ſaporem inſipidum contineat, vt medius ſit inter oleum & lactis ſerum. Quare plurimi impoſtores cum alios decipere volunt, ponunt aluminis fruſta in oleo amygdalino & lactis ſero, ſunt præterea ex ijs, qui addũt mel, vel ſaccharum, vt ſapor acris aſtringensq́ue aluminis obtundatur. Reperiuntur & alij, qui ad ignem liquant res prædictas, addendo ſalnitrum, ſodam herbam, ex qua alumen catinum conficitur, vel ſal Alcalï, tartarum alumen ex vini fæcibus, deinde in loco frigido formant lapillos, ſimiliter chryſocollæ, ſed aliquo modo differentes. Nam chryſocollæ lapilli ſunt longi, aluminis verò quadrati. Secundus modus, alumen cum vſtum ad ignem fuerit, plurimum materiæ relinquit vſtæ, ita vt plus, quàm antea eſſe videatur, id quod in chryſocolla minimè conſpicitur: minimum enim quòd ab vſtione relinquitur, exiſtit. Tertius denique modus, quo alumen à chryſocolla dignoſcitur eſt, quòd metalla alumen neque liquet, neque ita bene conſolidet vt chryſocolla: Nam quòd etiam aliquo modo liquefaciat, id accidit virtute ſalnitri, ſalis alcali, & tartari

2008.Ministerio de Cultura

tartari, quæ aliqua ex parte colliquationem iuuant. Cæterùm cognoſci poteſt ex hoc, quòd ſalnitrum ad ignem poſitum ſtridet & ſcintillat. Quidam ex prędictis miſturis in ſero lactis diſſolutis, & in lapillos congelatis, componunt lapides, verùm ſapore ſalſos lucidos, & in liquando nimis vehementes. Quare volentes aurum conſolidare aut argentum, ipſum aurum vel argentum vnà diſſoluunt. Quæ ſaccharum in ſe continet auro vel argento ſemper inducit maculas. Fiunt etiam compoſitiones quædam, quæ etiamſi vim, vt chryſocolla, conſolidandi & colliquandi obtineant, tamen forma & ſapore differunt, quarum aliquas paulò pòſt recenſebimus. Sed vt ad veram & perfectam veniamus chryſocollam, quæ noſtris temporibus inuenitur, dicimus, ſuperioribus annis conſueuiſſe ex Alexandria aduehi doliola quædam adipe quodam plena, in medio lapides paruulos continente, quod paſtam chryſocollæ nominant, quam Arabum ſcriptores quidam veteres, nitrum Alexandrinum appellant. Hiſce verò temporibus ex occidente quoque aduehitur, neſcio qua de cauſa, an ſcilicet ibi facta ſit, vel aliun-

2008 Ministerio de Cultura

aliunde , nempe ex India apportetur, propterea quod magnam ſuperioribus annis hîc fuiſſe penuriam intelligerent. Eo enim tempore vncia vna vendebatur coronato vno, quo nunc libra haberi facilè poteſt. Modus autem parandi ijs in locis ſic ſe habet. In auri & argenti,atq; etiam æris fodinis, aquam quandam inueniunt, quæ (quemadmodum ego ipſe non ſolùm vidi,ſed etiam expertus ſum) per ſe ipſa eſt apta atque perfecta ad conſolidandum, liquandum vel aurum vel argentum, id quod etiam in Germaniæ quadam parte ſuperiore comperi, vbi ſimilis aqua inuenitur, omnibus adhuc incolis incognita. Sumunt hanc aquam vnà cum fæcibus, quam coquunt ad certum ſpacium, quę ſic colata ſpacio temporis, in lapides paruos ſalnitro haud abſimiles cogitur. Quoniam autem hi lapides conſiſtere ſic nequeunt, ſed diſſoluuntur, fit, vt his lapidibus vnà cum ſuis fæcibus in fundo relictis, tanquam nutrimento, axungiam porcinam, vel alterius animalis pinguedinem addunt. Hoc facto, ad fodinas ſeſe conferunt, ibique foſſam amplam faciunt, cuius fundum ea materia inſternunt, & ſuper hanc lapil-

2008 Ministerio de Cultura

lapillos,quos diximus, collocant:deinde rurſus adipis maſſam, mox iterum lapillos,atque ita pergunt ad eam, quæ placet altitudinem, alterum ſuper altero collocantes, ſic tamen, vt extremum ſtratum ſit ex illa pingui materia: ibi per menſes aliquot apertã relinquunt,quanquam plerique hæc omnia domi in terra,aut in amplis vaſis faciunt. Quum autem libet vendere, atq; aliò mittere dolia, vel parua vel magna, vt videtur, ea materia vnà cùm lapidibus replent, & hoc paſtam chryſocollæ,ſiue boracis appellant. Mittunt etiam ex iam dictis locis chryſocollam, aut lapillos abſq; iam dicta paſta, ſed eo paratos modo, quo iam diximus: quoniam ab hinc triginta annos, maior copia factitij, quàm eius pinguis maſſæ afferebatur, propterea quòd in Italia ea vti neſciebant, nec reparare aut purgare lapillos norant: itáque nullus erat ferè eius vſus, præterquàm in quibuſdam diſtillationibus, ad fucos muliebres eliciendos. Verùm tandem quidam Venetus, & mulier quædam ab ipſo edocta, id refingere & conficere cœperunt, atque inde magnum quæſtum facere, donec paulatim conficiendi modus & alijs cœpit innoteſcere:

2008 Ministerio de Cultura

re: quamuis alijs magis, alijs minus & fortè pauci ſunt, qui ea facilitate & bonitate facere norint, quàm nos hîc perfectè trademus. Sumito itaq; hanc maſſam, eam inquam, quę plurimos in ſe lapillos continet, & rancida minimè eſt, quoniam indicat eſſe veterem, & lapillos eſſe comminutos, atque magna ex parte conſumptos, deinde in libras decem paſtæ, aquæ tepidæ mediam ſitulam miſce, & pone in vaſe aliquo teſtaceo, manibus bene pinſendo, & miſcendo panis in morem. Quod cum factum fuerit, coletur optimè lapidesque in cribro relicti eximantur, ponanturque in catinum, ſuperinfundendo oleum oliuarum, vt in acetarijs conficiendis fieri ſolet, deinde cum ad ſolem bene purgati & vncti manibus fuerint, ponantur in ſacco, miſceanturque probè, quomodo ſacchari confectiones ſolent, & ſeruentur in ligneis vaſis, tanquam optima chryſocolla. Quòd ſi reficere & multiplicare voles, ſumito aquam illam colatam, atque ad ignem lentum coquito, ad perfectam vſque confectionem, ſpumando tam fæces, quàm ſpumam accuratè. Coctionem autem eſſe perfectam tribus modis licet cognoſcere,

 pri-

2008 Ministerio de Cultura

primò, ſi aquæ gutta ſuper vnguem poſita non diffluit: ſecundò, ad modum ſyruporum, ſi in charta hęreat, aut quod eſt tertium, ſi funiculus in ea intinctus, & inter digitos ductus aſperitate quadam digitos tentarit: ſi cocta fuerit, cacabus ab igne auferatur, & operculo ad hoc aptè parato, ne quid ſordium ingredi queat operiatur: mox in furfuris cumulo ſepeliatur, ſuperq́ue furfur craſſioribus pannis, aut lodice, aut culcitr. preſſè admodum contegatur: poſſe: etiam fimo calenti, per octo vel decen dies condere. Quòd cum factum fuerit auferatur, & inuenies pinguedinen quandam ſiue cruſtam in ſuperficie, quam deſumptam ſepones, inuenies præterea tanquam glaciei fruſtula, quę pariter exempta, inq́ue alio vaſe poſita, aqua diligenter elues, & in vmbra ſiccabis. Quo facto, illos lapillos, qui in ſetaceo cribro remanſerant, cum his nouiſsimis miſceto: inde aluminis ex vini fæcibus albi, ſed non ex eo quod pro ſpecimine proponi ſolet (nam id inutile eſt) ſed ex optimo lib. iij. ſalnitri ℥. viij. aquæ communis ſitulas tres, miſceantur & ponantur ad ignem lentum, deſpumando bene donec perfectè

vt

2008 Ministerio de Cultura

vt prius cocta fuerint. Quo facto, auferatur ab igne & reponatur, donec optimè reſideat, tum ſumito huius aquæ ſitulam vnam cum dimidia, ponatur ad ignem lentum, & cum feruere incipit, addito prædictæ pinguedini vel cruſtæ, ſiue cutis, ſuperius exemptæ lib. vij. ſ. & coquantur quantum ſatis eſt, vt prius. Tum ab igne remouebis, ponesque in ligneo vaſe aliquo, ſupraque vas duos baculos decuſſatim collocato, è quatuor baculorum angulis ſingulos funiculos alligato, ſed vt funiculi tendantur, ad ſingula capita plumbi fruſtum appendito, ac ſic in materiam demittito, ita tum vt à fundo digitos quatuor abſint: hoc autem fit, vt materia ad funiculos adhæreſcat. His rebus adminiſtratis, eo modo condes vt aliud ſupra feciſti. Hoc autem in ſacco, id eſt, in fouea non ponitur, ſed vbi eximendum erit, quod funiculis adhæſit, penna oleo imbuta linitur, reliquum verò cacabo adhærens, oleo erit conſpergendum. Cæterùm lapilli, qui eximentur, non ſint minores auellanis, qui autem minores ſunt, relinquantur in aqua, ac rurſus coquantur, vt ſupra, atque ſic continuando, donec omnis aqua in chryſo-



2008 Ministerio de Cultura

collam conuertunt. Verùm hoc notandum videtur, vt primæ maſſæ in aqua tepida diſſoluendæ addatur, ciceris inſtar coaguli leporinì, quò melius reliquæ chryſocollæ partes coagulentur.

## AQVA FORTIS FACILIS *& alijs præſtantior.*

R. Aluminis & vitrioli, aut ſalnitri, aut horum trium ſimul vſtorum, ſing. part. j. redigantur in puluerem, miſceantur, & ponatur in cucurbitam luto obductam, deinde in vas recipiens, duę vnciæ aquę in ſingulas libras pulueris. Quòd cum factum fuerit, collocetur ita cucurbita, vt propendeat: atque ita ſine operculo, cum vaſe recipiente ori cucurbitæ, farina & ouorum albis, copuletur, ne vllo modo reſpirare queat. Sitque vas recipiens in aqua frigida ſitum, & continuè deſuper linteis madefactũ. Nam ſic fiet vt ſpiritus cum ipſorum aqua melius copulentur, nec adhæreſcant recipienti. Quibus adminiſtratis ignis accendatur, primò quidem lentus, & ſub cucurbita tantum, donec materia diſſoluatur: deinde augeatur, atque etiam ſupra cucurbitam ponantur carbones accenſi, augeaturque igni, vſque ad

2008 Ministerio de Cultura

ad horas quinque aut ſex. Tunc ſinito vt frigeſcat: poſt eximatur aqua, & ſeruetur ad vſum in vaſe aliquo vitreo probè obturato. Verùm ignis ita inſtruendus erit, ne vas recipiens aliquo modo ab eo corrumpi queat. Quòd ſi fortiorem aquam conficere voles, addito ſalnitri partes duas.

## MODVS VERAE ARTIS

*Proplaſtices ad numiſmata, aliaque omnis generis mediocriter extantes formas ex metallo quouis, aut etiam chryſtallo, vitro marmore fingendas.*

Ante omnia terram, in qua formæ imprimuntur, in promptu eſſe oportet, quę cum variè conficiatur, nos tantùm varia genera, eaque omnium optima ponemus: vt ſi vnum haberi non poſsit, his quæ haberi non poſsit, his quæ haberi poſſunt vtamur. Illud tamen primùm ſciendum eſt ex ijs quæ hîc ponemus, ſingulis per ſe, aut ex aliquot mixtis, aut omnibus ſimul nos vti poſſe. Sunt enim omnes optimæ. Caput totius artis eſt, vt materia in qua formæ imprimũtur, ſit ſubtiliſsima, & ferè inpalpabilis, quoniã effigies in ea exprimuntur nitidius:



2008 Ministerio de Cultura

Deinde etiam facilius in ſe omnis generis metalla recipit, abſque corruptione optimeque cum magiſtra permiſcetur, ita vt ſiccata durior euadat. Poteſt denique ad plurimas fuſiones ſufficere, ita vt non ſtatim à prima fuſione frangantur, ſitque alia materia paranda. Cæterùm ad plumbeas formas fingendas, quælibet terra commoda eſt, modò tenuiſsima, beneque cum magiſtra ſubacta ſit, vt dicetur.

## TERRA PRIMA IN *fundendis metallis apta.*

℞. Lapidis Smyris, quo omne armorũ genus extergitur, quantum ſatis eſt, conteratur optimè, & igni candeat, vt inferius docebitur, deinde madefiat ad modum paſtæ, fiant typi ad fingenda numiſmata. Poſſunt autem hi typi in multos annos incorrupti eſſe, ſi diligenter conſeruentur: qui ſi tandem frangerentur, rurſus conteri debent, atque cum magiſtra miſceri: ea enim ratione ſubinde meliores euadunt.

## SECVNDA.

Sumito fruſta vaſorum, ex argilla Valentina, vel Treguedana, quibus vaſis vitrearij vitrum liquefactũ in fornace continere ſolent: Erit autem melius, ſi quis eorum

2008 Ministerio de Cultura

eorum vaſorum fundum, aut vas ipſum, à medio ad fundum abiecto tamē prius vitro circum hærente: vel ſi hęc haberi non poſsint, ſumãtur ea, quę poſſunt: Sumito igitur aurificum crucibula noua tot, vt eorum vaſorum, quæ dixi fruſta, pondere æquent. hæc omnia ſimul in æneo mortario conterantur: deinde ſuper lapide porphyrite, vt colores ſolent cum aqua molantur: & ſubinde recoquendo attenuetur puluis, vt infra dicetur, ſeruetur in ſcorteis ſacculis, aut ligneis arculis probè concluſis, ne ſua tenuitate in aërem euolet.

TERTIA.

R. Teſtarum tellinarum vel cannarum marinarum
Corticum ouorum ſing. tantundem

Accendantur vt igni candeant, & vt prius dictum eſt, de alia argilla, terantur ſæpius & eodem modo ſeruetur.

QVARTA.

Ferri ſcobem, aut ſquamam, aut vtranque puram & mundam in ferrea caſsidc alióue firmo ad ignem vaſe collocato, acetum optimum ſuperinfundito, ad ignem per horas octo habeto. Quo facto, rurſus acetum infundito, igni



2008 Ministerio de Cultura

accendito vt incandeat molatur pòſt atque eadem iterentur, vt in alijs eſt dictum, & ſeruentur.

## QVINTA.

R. Pumicis igni candentis, quaterq; in aceto extincti part. j. Scobis ferri part. ij. miſceantur, & igne candeſcant vt ſupra, deinde trita aliquoties, recondantur vt alia.

## SEXTA.

Sumito oſſa Veruecis, præſertim, capitis, quæ meliora ſunt, combuſta, deinde trita & cribrata, quãtum ſatis eſt, ponantur in vaſe aliquo ferreo ad ignem tandiu, donec optimè candeſcant, tum addito tantum ſeui, quantũ manu comprehendi poteſt: miſce bene ferro aliquo, vt ſeuum vnà cum puluere comburatur, deinde ſic ad ignem reliquatur per horam dimidiam. Quibus factis, auferatur ab igne, conteratur, igne candidum fiat, humecteturque, quibus ſæpius iteratis ſubtiliſsima perfectiſsimaque euadet.

## SEPTIMA.

R. Oſsium ſepiarũ vſtorum, tritorum & cribratorum quantum ſatis eſt, & fiat modo quo iam dictum eſt, de veruecis oſsibus. Fit præterea argilla hæc ex qua-

2008 Ministerio de Cultura

quadam terra quæ Tripoli affertur: item ex vitium cineribus, ex charta combuſta, ex equino ſtercore arido, atque vſto, ex lateribus, bolo armeno, terra rubra atque huiuſmodi alijs quæ nunquam igne liqueſcunt, neque diſsiliunt, neque ſquamas ſiue cruſtas faciunt, ſed perpulchrè quaſuis formas recipiunt.

## MODVS REDVCENDI *prædictas terras ad tantam ſubtilitatem vt fermè tactum ipſum non recipiant.*

Sumito pulueres prędictos ſiue terras, quas primò optimè conterito, & cribrato, deinde in vaſe aliquo firmo ad ignem ponito, tandiu donec candeſcāt, rurſusque conterito vt prius cum aqua vel aceto. Quòd cum ſexies factum fuerit, ponatur in catino vitreato ſuperinfundendo tantum aquæ, vt ad quatuor digitos emineat, miſceantur parum baculo aliquo mundo, vt turbida fiat aqua: deinde pauxillum ſic relicta aqua, auferantur ſenſim, ponanturque in alio vaſe mundo. Quo facto, recens aqua ſuper materiam, infundatur, miſceaturque, vt prius, donec turbida reddatur, deinde cum rurſus aliquantulum quieuerit, ſenſim auferatur, prioriqueaquæ



2008 Ministerio de Cultura

aquæ ablatæ addatur. Hoc autē tandiu faciendū, donec tenuiores pulueris partes aqua fuerint omnes ablatæ. Quod ſi quid in primo catino, craſsioris pulueris fuerit relictum, conteratur rurſus vt prius, atque ſupradictæ aquæ depoſitæ iam addatur. His omnibus factis relinquantur aquæ tandiu, donec probè reſiduum fecerint, deinde aqua ſenſim ablata ſiccetur puluis, mox ſemel tantum, ſed optimè conteratur, cribroque ſetaceo vel etiam ſerico denſiſsimo tranſfundatur, & habebis puluerem omnium ſubtiliſsimum, quem in vaſe aliquo optimè clauſo recondes ne quo modo in auras euaneſcat.

## AQVA QVAM MAGIſtram appellant, ad prædictos pulueres contemperandos.

Vt prædictæ terrę formentur, & formatæ, ſiccatæ cohæreant, nec diſsiliant aut reſoluantur in puluerem, talis aqua, quam magiſtram vocant, componenda erit, quæ in hunc modum ſe habet,

R. Salis communis quantum ſatis eſt, eumq́; lineo panno, aqua imbuto inuolutum, vel in crucibulo inter carbones, vel in olla parua, bene lutata in loco vbi folli-

2008 Ministerio de Cultura

ſollibus per horam ignis probè poſsit excitari, ponito: mox vbi refrixerit, teratur, tritum in olla vitreata collocetur, deſuperque tantum aquæ communis effundatur, vt ad quatuor vel ſex digitos emineat, miſceaturque tandiu ad ignem, quouſque diſſoluatur: diſſolutum & frigefactum coletur bis per pannum è lana, quem feltrium vocant, optimum. Huius aquæ vſus eſt ad humectandam, tenacemque faciendam terram vt inferius dicetur. Fit quoque huiuſmodi aqua, vel magiſtra, ex ouorum albis, ſiquidem optimè baculo aliquo ex fici arbore concutiātur, donec ſpumam reddant, deinde cum ſic per noctem vnā fuerint, coletur aqua ſub ſpuma contenta, & ſeruetur ad pulueres in paſtæ formam redigendos. Eſt quidem hæc aqua melior, quoniam argilla fit tenacior, & formæ expreſsiores nitidioresque fingentur. Vnde quidam prædictæ aquæ ex ſale confectæ aliquantulum huius aquæ addunt: Quidam verò aquam è gummi addunt, pro vt iudicio, & vſu edocti magis expedire exiſtimant.

## LVTI SAPIENTIAE
*conficiendi ratio.*

Sumito cretæ optimę, qua vaſa fictilia



2008 Ministerio de Cultura

conficiuntur, vel albę, vel cinericiæ partes iiij. cineris communis partem mediam, ſtercoris æquini vel aſinini ſicci, partem j. & ſi perfectius voles, adde laterum contritorum, vel ſcobis ferri parum, redigantur in puluerem ſubtiliſſimum, cribrentur, & miſceantur, deinde ponantur in terra, ſuperſpargendo ſenſim, lanæ è pannis detóſæ, quod tomentum dicitur part. j. aquæ communis quantum ſatis eſt, & miſceantur, deinda ponantur in terra ordinatè, ſuperſpargendo paulatim, primò tomentum, ita vt æqualiter diſtribuantur, deinde aquā, etiam ſubigatur probè, primò baculo aliquo, deinde pala, & fiat maſſa. Quæ cum bene ſubacta fuerit, ponatur ſuper ſcamnum aliquod firmum, vel murum, ſubigatur & pala optimè tundatur tandiu, donec ſatis eſſe videbitur. Quò enim diutius tunditur, & ſubigitur, eò etiam melius euadit. Valet autem hoc lutum ad lutanda vitrea vaſa, ad formas craſsiores formandas, fornaces aliaque complura facienda. Quòd ſi tantùm laboris in conficiendo luto conſumere fortè nolis, ſumito tantùm cretam, tomentum & ſtercus cum aliquantulo cineris. Quidam abſque ſtercore, quidam abſque

2008 Ministerio de Cultura

abſque tomento cóficiunt, ſuum quoddam propoſitum ſecuti. Cæterùm ad lutanda ora vitreorum vaſorum, ne reſpirare queant, valet ſupradictum lutum, præſertim ſi addideris calcis viuæ part.ij. alba ouorum quot eſſe ſatis videatur. Nam ſic tutius eſt, atque vitri modo durum redditur, quò fit, vt minus etiam per id reſpirare poſsit. Porrò lutum tale in loco aliquo humido conſeruandum erit, ita tamen, vt nec humidum nimis, nec ſiccum fiat. Nam ſemel induratum, nullius eſt vſus. Si enim aqua remolleſcere velis, foris parum humeſcet, intus ſuam duritiem retinebit. Quare cùm nimium fuerit durum, optimè ſiccari permittito, deinde in puluerem redigito, conficitoque vt prius eſt dictum.

## DE REBVS QVAE AD *fundendi artem in promptu eſſe debent.*

Cum quodlibet boni artificis opus, abſque inſtrumentis ſuis próprijs perfici nequeat, operæpretium eſſe videtur, vt ea quæ huic arti inſtrumenta ſunt neceſſaria, doceamus. Itaque primò diligentiam adhibere oportet, vt carbones ex lignis recentibus, duris, ſiccis habean-

2008 Ministerio de Cultura

beantur, quemadmodum, & crucibula abſque fractura, neque alba, neq; nigra, ſed cinericij coloris eſſe oportet. Præterea charta aliqua craſsior non deſit ad ventilationem crucibulorum, itaque vacua harundo, ad exſufflandas, ex crucibulis ſordes. Inſtrumentũ quoque aduncum ad extrahendos carbones ex crucibulis: & prę lũ, quo formæ ipſę, quas etiã ſtafetas vocant, comprimentur, vt inijci metalla fuſa commodius poſsint. Ad hæc tabulæ binæ, vel plures, plumæ, polita & leues, & nucis robore, vel buxo vel ære inter quę formæ conſtringãtur, vertique valeant. Duæ aut plures plagæ laneæ ad manus ſint, quibus vacua illa ſpacia in comprimendis formis implean tur. Opus præterea eſt circino, & regula ad partiendum, & ad certam menſuram exigendas formas & canales, per quos metalla decurrunt. Ferrum inſuper ligonis forma, ſed in acumen tendens, ac vtrinque ſcindens, vt typorum viæ, per quas metalla fuſa ingrediuntur, expediantur, quòd ſi hoc deſit fiat cultello aliquo magna cum diligentia. Olei quoque & terebinthinæ parum, quo charta, vel bombicis fila imbuta & accenſa, vt itrinſecus ſiccati iam typi opti-

2008 Ministerio de Cultura

optimè ſumo attlentur, quo metalla melius fluant. Quoniam verò aliquando nimium loca caua fumo implentur, ita vt inæqualia reddantur, leporinus pes appoſitus erit, cùm ad alia, tum ad fuliginem detergendam. Duæ quoque ſcopæ, altera filis æneis condenſatis, altera ex ſetis, cuiuſmodi ſunt illæ quibus ad pectines tergendos vtuntur, quibus opus ante informationem, & pòſt tanquam pectatur & extergatur.

## RATIO NVMISMATA *conflandi & exprimendi.*

Primò ſumito numiſma illud, quod exprimendum eſt, atque in aceto, cui aliquantulum ſalis, paleęque vſtæ additum fuerit, immittito, deinde lauato, fricatoq́ue bene ſupradictis ſetaceis ſcopis, tũ aqua abluito, & panno aliquo mundo ſiccato. Quo facto, alterá formę partem, nempe fœminam, ſuper tabulá vel è robore vel ex ære, vt diximus, collocato, atq; ita, vt pars media, quę ſcilicet alteri formæ coniungit prona deorſumq́; ſpectet, numiſmata, aut quicquid fingere paras, prius purgatũ, vt eſt dictũ ponito, recto tramite ad viá, per quam metallũ liquefactũ decurrit, pręſertim ſi vnicũ fuerit numiſma. Quòd ſi duo ſint, ponátur ad

2008 Ministerio de Cultura

ad latera formæ, ita vt iter in medio, per quod metalla fundi poſsint, relinquatur. Si verò numiſmata plura duobus fuerint, ſui ſint ſingulis canales, qui ab ore ſine medio canaliculo metallum ad ſingula numiſmata deferant. Nam illud cauendum eſt, ne à numiſmate in aliud numiſma metallum tranſeat. Quibus factis, ſumito prædictæ terræ optimæ cribratæ, quantum volueris, ponatur in catinum maximum ſuperinfundendo ſenſim aquam magiſtram, donec tantùm humeſcat vt inter manus compreſſa minimè adhæreat ſed ſiccæ farinæ inſtar pugno compreſſæ remaneat. Hanc in hunc modum ſubactam, ſuper numiſma, in ipſis typis ponatur cõprimendo optimè digitorum parte carnoſa, deinde manibus, id quod melius fiet ſi alteram quoque tabulam ſuperimponas: deinde inſtrumento aliquo ſcindente, & regula terra circa formam adhærens, & redundans æqualiter diligenterque auferatur. Quo facto, pannus è lana ſuperponendus, deinde tabula, & ſic ſtrictè ambabus manibus, typi inuertẽdi, deinde ablata tabula ſuperiore, ſi quid adhæſerit, pede leporino probè & leuiter eximendum. Pòſt, altera formæ pars ſumenda,

2008 Ministerio de Cultura

menda,atq; eadem terra implenda,comprimenda optimè,vt prius, ferroque ad æqualitatem reducenda. Deinde ferri acumine ſuperior formæ pars parum attollatur, manibusque dexrrè auferatur, ita vt numiſma eximi poſsit. Quòd ſi facilè auferri non poſsit, ſubtilis pennæ aculeo, circum leuiter attollatur, vel etiam cultelli acumine decuſſatim percutiatur, quo obuerſo typo auferri queat. Si verò numiſma perfectè expreſſum non videretur, rurſus ſub prælo, inter duas tabulas, vt prius comprimatur. Quibus omnibus factis, ferro aliquo curuo ſcindente circino & regula canalibus diſpertitis ad ignem ſiccentur, mox bombice,oleo & terebinthina imbuto, atque accenſo afflentur fumo: poſtea ſi quid fumi ſuperflui relictum ſit leporino pede tollatur. Quòd ſi metalla infundere voles,inter duas tabulas, vnà cum pannis,ſub prelo ponito, comprimendo aliquantulum: deinde metallum liquatum inijcito (ſi fuerit argentum vel æs album cognoſcitur ex ſuo ſplendore & claritate: ſi vero ſtannum, ſtupis vel charta iniecta,comburitur) & optimè hinc inde fluet, niſi ſtannum fuerit: tunc enim ſublimati centeſima, &
antimo-

2008 Ministerio de Cultura

antimonij octaua pars inijcienda erit: ſic enim non ſolùm optimè fluet, ſed durius quoque metallum efficitur. Porrò frigeſactis typis, numiſma dextrè eximatur ac ſeruetur. Quòd ſi alia efficere voles, iterum formæ fumo erunt afflandæ, deinde ſub prælo comprimendæ, vt antea iam eſt dictum: hocq́ue faciẽdum toties, quoties alia numiſmata efficere voles. Cæterum ſi formæ nondum videantur fatigatæ, ſed ad alia metalla infundenda aptæ, in loco aliquo ſicco conſeruari debent. Si verò fractæ, rurſus conteri, puluisq́ue melior, vt ſuperius eſt dictum, fiet. Porrò numiſmata, ſiue recentia, ſiue vetera tum coqui, tum in aqua alba poni debent, præſertim ſi non fuerint ex ſtanno, vt infra docebitur.

## AD NVMISMATA EX

*Creta liquida penicillo formanda quòd multo facilius eſt, quàm typis ſuperioribus ſed formæ ſemel tantum vtiles ſunt: nec res paulò ſubtiliores bis effinguntur: quæq; penicillo denuo tangi non poſſunt.*

Sumito numiſma nitidum, beneq́ue ablutum & ſiccatum, vt prius eſt dictũ, deinde oleo illitum, ſequenti vngito mi

ſtura,

2008 Ministerio de Cultura

tura, quę ſic ſe habet: R. Supradicti
ati ſapientiæ, ad ſolem vel ad ignem
